



BOSSI
DE ANIM
GAUDIIS
1491
INCUNABULI
E
6
4
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze











de gaudiis ase



Collegij Solebani

ANgelus Politianus Laurentio Medici Patrono Suo .S. Sapienter ut cetera Laurenti facis: qui sanctos istos extremæ quadragesimæ dies consumere in Agnano tuo malueris/ q̃ Florẽtiæ. Quis .n. tutior portus: in quem de tantis occupationum fluctibus enates: q̃ tyrrheni litoris amoenissimus iste sinus atq; secessus: ubi quasi quoddã naturę certamen sit: & gratiæ? Sed ego quoq; imitatus exẽplũ/ ceu fugitiuus urbis/ assiduus in Fesulano fui: cum Pico Mirãdula meo: Coenobiũq; illud ambo regularium Canonicorum frequentauimus/ aui tui sumptibus extructũ. Quin Abbas in eo Matthęus Bossus Veronẽsis/ homo sãctis moribus! integerrimaq; uita! sed & litteris politioribus mire cultus/ ita nos humanitate sua quadam tenuit/ & suauitate sermonis/ ut ab eo digressi mox/ Ego & Picus/ soli ꝓpemodũ relicti (quod antea fere non accidebat) nec esse alter alteri iam satis uideremur. Hoc ille arbitror sentiẽs Dialogum nobis a se compositum de salutaribus animi gaudiis optulit/ quasi uicarium: cuius materia stilusq; nos ita cępit: ut q̃diu quidem legebamus/ facile auctoris





prę ſentia careremus. Eum igitur ego Dialogum mitto ad te quoq; Laurẽti: quem ſub ter pineta iſta legas/ad aquę caput. Delectaberis arbitror argumento: ſenſibus: indole: nitore: uarietate: copia: nec in eo tamen domeſticas quoq; laudes deſiderabis. Ac ſi tuus huc etiam acceſſerit calculus: dabitur opera protinus: ut ĩ multa liber exemplaria tranſfundatur. Vale.

MATTHAEI BOSSI VERONENSIS CANONICI REGVLARIS AD TIMOTHEVM VERON. CANON. REGVL. PRAECONEM DEI SVMMVM DE VERIS AC SALVTARIBVS ANIMI GAVDIIS. PROHOEMIVM FOELICITER INCIPIT

[S]I QVIS EST VTI SApientem ac christianum uirum oportet: qui uel de sua/ uel de comuni hominũ uita cogitet aliquãdo: illum equidem plurimum non admirari nõ posse existimo Thimothee pater/ mortales ipsos maiore ex numero ĩ tantã cæcitatẽ errorum esse deductos: ut quod ab iis deberet curari maxime: uideatur negligi maxime. Id autẽ ipsum/ quod est omnino spernendum/ ac fugiẽdũ: totis uotis atq; animis appeti. Quis nobis his tẽporibus dabitur: qui non in tanta opinionis puersitate uersetur: ut sese prosternat/ uel saltem incuruet honoribus/ insanis uoluptatibus/ imperiis/ ac populari gloriæ? qui nõ trudat naturã suam uel inuitam

Naturæ cõ moditates

Cã errorũ fauorabilis multitudo

ad uitia: atq; illi ꝑ flagiciosam persuasionẽ falsi nõ illudat? Quam certe naturã omnes si ut optimã sortiti sumus: ita optime seque remur: haud esset sane, ꝙ quisque minus: q̃ beatissime atq; sanctissime uiueret. Sed accu sare merito nos illa iam potest: & conqueri. Quid miseri: quos libero arbitrio genui! & cum sublimi ore ad cęli fulgorẽ erexi: effecti estis mortiferarum uoluptatum foeda mãci pia? Quid prolapsi tam diu premitis ima? quid certis falsa, sempiternis fragilia, opti mis praua anteponitis? & non magis uirtu tem sectamini: quæ uerã & egregiã laudem uobis dabit: quę trãquillitatem uitæ pariet: quę nulla incõmoda, nulla infesta, sed neq; ipsum mortis terrorem formidabit? Hæc ita cõsideranti mihi sæpenumero, ac mecum ta cito animo uoluẽti, multa sane se offerunt: ex quibus impius procedat hic error: & tan ta omnium feruescat insania. Sed præter cę tera, unum illud potissimum: ꝙ popularis opinio, ac omnis semp erroribus fauẽs mul titudo efficit, ut sine rationis delectu passim singuli ruant in uitia: ducãtq; nihil præstan tius, atq; eminẽtius in homine esse: q̃ quod uidetur: simulq; esse nihil in uita iucũdius:

nihil amabilius: nihil deniq; expetibilius/ q̃
cumulari his uanis honoribus/ diuitiis/ cęte
risq; fortunę bonis tanq̃ saginari: his sũmũ
bonum constare/ summa gaudia/ sũmas de
licias: quibus qui careat! aut miserũ esse/ aut
miserabilẽ: qui uero affluat/ fortunatissimũ.
Quæ sane peruersitas quoniã maxima est:
suisq; illecebris ad uerum illud atq; eminẽs
uirtutis decus homines ire non sinit: incur
sanda est a nobis sæpe & impetẽda: quibus
erudiẽdę concionis/ & alendę multitudinis
credẽtium cælestibus pabulis munus est cre
ditum. Quod si nõnunq̃ cum publicis uo
cibus/ tum priuatis conqueri solitus sum: &
tãto stomacho succẽsere huic morbo/ q̃ ma
gna est læsio humani animi: cuius uigorem
lumẽq; corrũpit: nuper id maxime egi una
cum Seraphim meo apud eum triduo de ue
ris ac salutaribus animi gaudiis differens/
excludensq; quicq̃ in bonis esse ducẽdum/
nisi excellentem uirtutem: quæ sola est/ quę
nos usq; ad beatam uitam/ idest gloriosum
deum & immortalem perducat: Illorũq; die
rum disputata/ ac deinde in dialogos uersa
tibi inscripsi/ atq; dicaui. Sic.n. uisũ est mihi
laborem nostrum nulli gratiorem futurum

q̃ tibi: quippe qui primus mihi & beneuiuē
di formam/ & sacrarum litterarum ornamē
ta contuleris. Debet. n. siquid est in me uel
ingenii/ uel doctrinę (quod certe perexiguū
esse sentio) id ꝓpe suo iure eo referri: unde
factum est/ ut nasceretur. Quare ex ipso in
genio nostro/ tanq̃ ex agello arēte ac tenui
hos fructus accipies: munus certe tuo meri
to non satis dignum/ sed debitum tamen/
& grati animi mei idoneū (ut spero) apud
te testem: emēdationem uero magis & casti
gationem/ q̃ laudem postulaturum. Quod
ut sane tibi gratius esset: effeci potissime/ ut
idem Seraphim noster mecum quęrat/ & di
sputet: quo inter omnes/ quos tuis prædica
tionibus/ monitisq; sāctissimis ad diuini cul
tus ritū & cerimonias illexisti: qui tibi ma
gis afficiatur: & in te deum sanctius adoret
noui neminē. Tu uero de re ipsa iā utriusq;
capę sententiam: quam sic benigne atq; aui
de legere debebis: ac nos paterno quodam
amore complecteris.

PROHOEMIVM
F I N I T.

INTER MATTHAEVM VERON. ET SERAPHIM PATAVVM CANONICOS REGVLARES DE VERIS AC SALVTARIBVS ANIMI GAVDIIS DIALOGVS INCIPIT.

TOLLE GVSTA EXVLTA

.MAT.

q VID CAVSAE EST QVOD tã festiuus ad nos uenis mi suauissime Seraphim? SE. Quod quem diu absentem desideraui, nunc tãdem præsentem te complector atq; cõspicio. MA. Id etiam cum te intuerer sic esse arbitrabar. Sed oro, affers ne aliquid noui: an aliquid a me expetis? SE. Mihi sane nihil est noui: quod scire te uelle existimẽ: Sed iucunda est mihi tua præsentia: iucundior sermo. Quare, si ut cõsuesti pro tua humanitate de aliquo dissserueris: erit (ut spero) iucũdissimus hic mihi dies. MA. Omnia iam ut uideo: iucunditatis plena sunt: neq; possum existimare, nõ mihi quoq; tanta ex iucunditate fore lętandum. SE. Lętabere si uoles: & quãtum ipse uoles. MA. Bene est: sed iam age quo læter. SE. Id in te est: atq; ex te nascentibus gaudiis. MAT. Hei quę

Salom. dictum

intra me gaudia! qui inter religiosos hosce & cęlestes pene uiros tanq̃ inutilis sic uiuo. Me ifęlicē! ut cũ miser sim/ puter posse gaudere. In tanto & tam crebro uitę naufragio inualidus nauta/ & rei naualis ignarus qui possum lætari/ si non amens sim? præsertim cum Salomon/ uir omniũ suo æuo atq; prio re sapiẽtissimus Risum ĩquiat reputaui merorē: & gaudio dixi quid frustra deciperis? SER. At quo modo non lętandum: cũ iam uix cepta tua ista me delectet oratio. Vox/ gestus/ uultus/ & oẽs corporis motus iucũdi mihi sint & uideantur. MA. Id accidere tibi minime inficior/ uiro quidẽ innocẽtissima uita/ atq; suaui ingenio. Mea uero ignauia & ĩ orto domini sterilitas nihil tale mihi pmittit. Quod si tu tamẽ ex ipsis tuis gaudiis non nihil nobis uales impartiri: & nos continuo forsitan adgaudebimus. SE. De sydeno meo hodie puto satisfactum iri: ut ex his uerbis aliqua oriatur disputatio. Cũ ad te ueni/ incertus penitus erã de quo quęrerem! sed iam ut uideo: eo pductus est sermo: ut de gaudiis animi possit disputari. Quare/ si est tibi ocium: & te non pigeat: ut in reliquis antea persæpe fecisti: ita nũc hac

Sterilitas in horto dñi

Tit.ˢ disputationis

5

in re mihi gratificabere. MA. Vtinã possim nedum quidem nõ pigebit: sed erit res ipsa mihi pergrata. Oci uero tantum mihi erit: quantum & tibi: cum utriq; par quies: parq; negocium sit: eadem uita: æedem studiorũ uoluntates: ęque ad uirtutẽ animus currẽs. SER. Me beant isthæc promissa. Sed si tibi uidetur/ petamus abdita. Hæc ampla porticus/ & splendenti cælo patula/ pratiq; amoena uiriditas animum dissipat. MA. Est ut dicis. Nam opaca sensum continẽt: apertiora dilacerant. Igitur secedamus. SE. I præ: te sequar. MA. Iam mihi intereundum succurrit mos ille socraticus puetus: & interdũ a Cicerone suis i dialogis usurpatus: ut cũ alter dixerit. alter nõnunq̃ cõtradicat: quo facilius ex utroq; quod uerũ est elucescat. SER. Mos iste nõ modo Socraticus est/ sed eorum etiam: quos theologos modo nũcupamus. Afferunt. n. ad utranq; quæstionis partem rationes: & deniq; quid certum sit/ firmius clariusq; diffiniunt. MA. Est/ ut dicis. Et quoniã iam de ratione differẽdi inter nos conuenit: consedeamus. Hoc enim sacellum nos inuitat. SER. Nusq̃ melius. Fauebunt nobis sacra. Sed uis ne de uero gau

Mos socraticus Cicero

Theologorũ Argumẽtationes

dio interrogem: an affers tu aliud ĩ mediũ problema. MA. De gaudio/si placet: quan do nescio quomodo/ut ãte dicebas/ ĩ illud sermo profluxit. SER. Primum igitur quę ro/unde ueniat homini gaudiũ. MA. Nõ potest tibi plene responderi: nisi tripartito ordine diuisionis: quoniã bonorum malo rumq; hominum gaudia inter se differunt: itemq; sanctorum in patria. Ex quo triplex adhibenda disputatio. Sic.n. uidemus tria hæc genera hominũ posse gaudere. SE. Si de singulis futura ẽ disputatio: de inani ac uoluptuoso gaudio oro incipiamus: sic.n. ordo exigit. Ex uoluptate præterea ingens adeo gaudiũ ꝓcreari compertũ est: ut in ea non nulli philosophorum summũ bonum esse putauerint. Ex quo quidẽ numero fuit imprimis Aristippus: deĩde Epicurus: quo rum sectas/ut procliuior est quisq; in uitia: ita est popularis turba semper imitata/ imi taturq; adhuc. MA. Qui putãt cum corpo ribus animos simul interire: & suorum scele rum impunitatem affectant: ii fortasse sense rint/optimum bonum uoluptate constare: ex quorum genere uidero Epicurum ne di xeris. SER. Miror ꝙ Epicurum excipias: de

Gaudiũ boni unde

Triplex gaudium

Gaudiũ inane

Aristippus
Epicurus

Epicuri excusatio

6

quo etiam scurrę locuntur ad calicē: & eum quisq; conuiciis incessit: cuiusq; obscenitas uitę peruenit ad probra uulgaris infamiæ: & uentris ingluuies iam tāto ludibrio est: ut sit cuiq; turpissimum uocitari Epicureū: Quod uero ut dicis / uoluptatis assertores immortalitatem animi negēt / nihil dubius sum. Verum quoq; qui nūc uoluptuosam uitā sibi prę scribūt: eos ipsos sētire nō multo secus / q̄ priores illos arbitror. Sed age: da primum / si lubet: cur Epicurum excipis. Tum possit ne argumētatione comprehendi animi ꝑpetuitas. Si.n. nulla ratione ostēditur animum non posse dissolui: hos profecto sapientes appellemus / qui uoluptatē corporis sibi proponunt. Sin autē perennis ille demōstratur: uniuersi nimirum stultissimi sūt: qui ex uoluptatibus / diuitiis honoribus / ac reliquis fortunę bonis gaudia quæritant / est necesse. MA. Quāuis copiosam siue de Epicuro / siue de imortalitate animorum orationē res postulet: tamen ne nimiū a ꝓposito digrediar: simulq; tibi satisfaciā: breuiter utrūq; perstringam. Ita dico mi Seraphim. Nō audio eum / qui Epicuro impuritatem uitæ / uentrisq; saturitatem obiiciat:

Scurre locunt ad caliçe conuicii s in a sserit

de Epicuro Not.

cum siquidẽ fuerit ille philosophus singu
laris continentię/ & tenuissimi uictus: pane
cibario duntaxat & aqua sit usus: & ad so
lẽnem interdum mẽsam solum accederent
orti: aut si epulari pretiosius uoluisset/ pau

Diogenes Laertius

lulum casei. Illum apud Diogenem Laertiũ
de se loquẽtem audi. Cum dicamus inquit
uoluptatem finem esse: non luxuriosorum
uoluptates: easq; quæ in gustu sunt positæ
dicimus: ut quidã ignorantes: aut a nostra
sententia dissidentes: aut male accipientes

Qũo acci piẽdus est Epicurus

arbitrãtur. Sed nõ dolere corpore: animoq;
trãquillum esse: & Perturbatione uacare di
cimus. Non. n. cõuiuia & commesationes:
non puerorum mulierumq; congressus: nõ
piscium æsus/ & cæterorũ quæ affert pretio
sior mensa: suauem gignit uitam. Verum ra
tio sobria/ causasq; pscrutans/ cur queq; uel
eligenda uel fugienda sint: opinionesq; ex
pellẽs: p quas animos ut plurimum tumul
tus occupat. Horum omnium initiũ maxĩ
mũq; bonum prudẽtia est. Quo circa philo
sophiã quoq; prudẽtia extimatione ãtecel
lit: ex qua reliquę uirtutes omnes oriũtur.

No.

docentes ut nõ sit iucunde uiuere/ nisi pru
dẽter/ honeste/ iusteq; uiuatur. Quippe uit

vita iucunda ducit prudens & honestus ac iustus

tutes suaui ac iucundæ uitę cõiunctæ sunt: {virtus}
Iucũdaqꝫ uita seperari a uirtutibus nequit.
En cur Epicurum excipio. Cuius uerba nõ
uoluptuosi & eneruati hominis sũt: sed ani {homo eneruatus}
mosa & profecto christiano Hercule digna.
At uero quoniam de se ipso testatur: si res
non satis fidem capit: Aneum Senecam au
diamus: Virum sane splendididissimo inge
nio: & ut Stoycum rigidissimo animo: qui
illius continentissimam uitam atqꝫ frugali
tatem ad Lucilum scribẽs, est his laudibus
prosecutus. Egregia Epicuri dicta cõmemo
ro, ut isti: qui ad illa confugiũt spe mala in
ducti: qui uelamenta se suorum uitiorũ ha
bituros esse existimant: probent quocunqꝫ
ierint: honeste esse uiuẽdum. Cum adierint
ista audient ortulos & inscriptũ ortulis: ho
spes hic bene manebis. Hic sũmum bonum
uoluptas ẽ. Paratus erit isthus domicilii cu
stos, hospitalis humanus: & te polenta ex
cipiet: & aquam quoqꝫ large administrabit:
& dicet hic. Quid. Bene acceptus es?. Non
irritant inquit hi ortuli famẽ: sed extingũt.
Nõ maiorem ipsis potionibus sitim faciũt:
sed naturali & gratuito remedio sedãt. Alia
plerisqꝫ suis ĩ epistolis de hoc philosopho

Seneca in laudẽ Epicuri

pene īnumera magnifice & sãctissime dicta commemorat summa laude & ueneratione dignissima: quibus non sicut humanis sermonibus: sed ꝓpe diuinis oraculis utitur: suaq; scripta passim ueluti margaritis qbusdam/ flosculisq; suauissimis ac redolētibus ornat. Quæ oīa si ꝑsequi uelim: me potius destituet dies: q̄ illorum copia: & quod nitimur euitare: modum non habebit oratio.

Hierōimus

Venio potius ad Hieronymū nostrum sanctissimum: cuius auctoritas apud nos semper plurimum ualuit. In secundo .n. aduersus Iouinianum libro Epicurus inquit oēs suos libros repleuit oleribus/pomis/ac uilibus cibis dicens esse utendum: quia carnes & exquisitæ epulæ ingenti cura ac miseria præparantur: maioremq; penam habent ī inquirendo: q̄ uoluptatem in abutēdo. Non pergam plura de Epicuro referre. Nos .n. q̄ sequimur ueritatē: nec ultra id/quod spōte se offert ueritati/disceptamus/tantis auctoribus fidem oportet habeamus. SER. Grauia sunt tantorum hominum testimonia/& clarissimæ ac firmissime uoces: quibus auertat Deus/ut ausim contradicere. Sed nō parua tamen adhuc me admiratio tenet/atq;

Epule exquisite

vi

animum pulsat/cur causę est: ut non modo imperitũ uulgus/a quo facile est dissentire: Verum & non nulli eorum/qui docti habẽtur: illum cõtumeliis afficiunt & morsibus lacerãt. Nã Cicero caput linguæ latinę græcę uero ęque peritissimus: sed pręterea indagator omnium rerum solertissimus/cũ multis in locis/tum maxime ĩ tusculanarũ quæstionum libris ĩfesto aduersus eum animo acerrime pugnat. Illum irridet ĩ Phalaridis tauro eam uocẽ emissurum. Suaue est: nihil curo. Et in suis se torminibus atq; strãguria gloriantem: quasi constantius ista diceret: q̃ sequeretur. Oratius quoq; poeta non obscurus ĩ eius probrum his uersiculis utitur.

Cicero

Oratius

Me pĩguẽ & nitidũ & bene curata cute uises
Cum ridere uoles epicuri de grege porcũ.

MA. Verisimillima & ad rem tua est admiratio: & efficit/ut pluribus q̃ putarã de Epicuro loquamur. Sed dic: habes ne plura cõperta in eum: ut omnibus una opera possit responderi? SER. Habeo nihil/præter uulgarem infamiam. Sed leuitatis ac pessimi erroris auctor semper est turba. MA. Adaugebimus autẽ.n. suspicionem: ne quid post hac tibi animum pulset: simulq; uniuersa re

Not.

Diotimus Posſidōius fellemus. Diotimus ac Poſſidonius Stoyci in illum inuecti plurimum ſũt. Alter quidẽ quinquaginta epiſtolas ĩpudicas & turpes

Leontia Epitetus ab eo ſcriptas referẽs. Alter uero ipſũ Leontiæ meretrici cõgredi ſolitũ. Epitetus quoq; eundem ut laſciuum loquacemq; increpat:

Timocrates magniſq; cõuiciis inſequitur. Timocrates item bis illum diebus ſingulis uomere ſolitum ex nimia crapula aſſerit. Multa quoq; peccare in oratione: ac in uita multo plura: minamq; quotidie in cibos cõſumere. Hæc ſunt quæ Epicuro obiici ſolẽt: quæ a nobis

Defenſio Epicuri. hoc ordine ſunt refellenda. Primum ut iis omnibus/quos modo commemoraui: tum ut Ciceroni tuo atq; Flacco reſpondeatur: Atq; ut ab his incipiam: Diotimum Stoycũ poſſidonium: Epitetum: Timocratem: hos

D. Laertius omnes inſanire & obloqui teſtis ẽ Laertius qui Epicuri uitam & diligẽter & ornate cõ ſcripſit: quam noſtris temporibus latinam

Ambroſius Florẽtinus fecit Ambroſius Florẽtinus/uir monaſticæ ꝓfeſſionis: atq; eloquens. Cauſas uero contumeliarum nullas repperi/ præter inuidiã.:

Not. quæ inuidũ quenq; ſuis ſemper ſtimulis cõcitat: ut in altero doleat uel uirtutem eius:

Inuidie effectus uel fęlicitatem: & ĩ propriam penam bona

aliena conuertat. Nam uiri huius egregias laudes/ & presertim frugalitatem uitę pmulti testantur. Sũma prǽterea illum ĩ parentes pietate: ĩ fratres pręcipua beniuolẽtia: mansuetudine in seruos: humanitate incredibili in omnes fuisse Laertius iterum testis est. Quid dicam de cultu ad deos? De amicitia ad patriã? in qua tanta modestia & pbitate se gessit: ut statuis ǽreis illum donare decreuerit/ atq; donarit: quod ulli philosophorũ raro legimus accidisse. Schola eius cǽteris ferme oĩbus deficiẽtibus quotidie numerosior erat. Multi ad eũ undiq; cõfluebãt. Plurimis quidẽ maximisq; philosophis carus extitit. Edidit uero tot librorũ uolumina: ut in multitudine facile ei cõparari nõ possit alius. Talia atq; similia/ quę multo plura in ipso fuere/ q̃ dixerim/ illi inuidorum maledicentiam/ calumnias/ simultates/ odia pepererunt. Ciceroni uero tamen liuorem/ aut maledicentiam haud quaq̃ ascribo. Neq; enim fas esse duco/ tanti uiri summiq; oratoris maiestatem illibatam non relinquere. ubi maxime non uidetur aperte de uitio. Eum potius existimemus: ut qui erat Academicus totus: ita facile ab aliis dissensisse.

Cicero

O. Flaccus

Restat ut Flaccum recte intelligamus: tum omnis soluetur tibi dubitatio. Is nãq; non quasi suem Epicurum obiurgat: sed in mor sum uoluptuosorũ hominum ruit: eos no tans: qui legem Epicuri nequiter interpreta ti/ uoluptuosam uitam/ suisq; simillimam si bi imitãdam anteponunt. Quare/ ut iã tan dem tã multis ultro citroq; habitis atq; di scussis: reliqua breui narratione perstringã. Epicurus noster summũ bonũ non ĩ corpo ris uoluptate diffinit: Quod uel solus ex philosophis omnibus fecit Aristippus: ui lissimum profecto carnis mancipium: quẽ cum hominem natura genuisset: pecudem electione se maluit. Sed in uoluptate animi censet: quem nõ putauit posse/ aut esse feli cem: aut dici/ nisi per summã uirturẽ. Eãq; ob rem uirtuti seruiens / panem/ & aquam/ polentam/ atq; olera omnibus ubiq; prædi cabat publice/ atq; priuatim: caste/ sobrie/ iu ste/ sanctéq; dicens esse uiuendum. Verum illud fateor quoq; illum fortasse nõ uidisse quid mali posteris sua importaret assertio: & quantum licentiæ peccandi concederet: dum moribus omnium congruentissimam sectam apponeret: cum animum ipsum ui

Aristippus

In quo pec care potuit Epicurus

deamus tã scelere q̃ ꝓbitate idifferẽter delectari: eosq; raros esse/quos uirtus alliciat: sed ferme ifinitos/quos error iuoluat. Aut certe mala ista si uidit/iprobe dissimulasse: ut populari uoluptatis appellatione sua disciplina esset multo celebrior: & ea ratione ad se multitudinem traheret: ut certe cõtraxit. SE. Quantũ attinet ad epicuri sectã/ satis ĩ pręsens per te mihi factum ẽ. Quod reliquum est: si tibi uidetur: de immortalitate dic animorum: quod utinam quemadmodum antedicta possim æque percipere. MA. Cũ. n. philosophi uniuersi qui aut de moribus aut de natura rerũ aliqd recte senserũt: cũ Astronomi: medici: hystorici: oratores: poetę: sibyllę: oracula ipsa: & totius pene orbis terræ consensus icorruptibiles esse animos clara uoce pronuntiet: nihilq; certius: si auctoritatibus sapientum fides habenda est: teneatur. Quid est tandem: cur uelis rem tam compertam: tamq; ꝑspicuam denuo confirmari? SER. Legi profecto q̃plurima tum ueterum/ tum nostrorũ hominũ testimonia: & nuper quidẽ Franciscus Philelphus: uir summo ingenio: eximiaq; doctrina Mediolani librum edidit:

Franciscus philelphus

virtus raros error infinitos

animus immortalis et incorruptibilis

in quo ea omnia quæ dici posse de immortalitate animorum uisa sunt, est elegãter & copiose complexus: quem eumdem & te uidisse paucis ante diebus reor, cum ibi esses: Et Aeneam sophistam persæpe in manibus habeo: quem transtulit ex græcis fontibus ille Ambrosius Florẽtinus monachus: quẽ ante cõmemorasti. Sed uellem præterea id ipsum argumentationibus firmioribus disputari: neq; tantum tribui auctoritatibus: quantum rationibus: quę hoc egregium in se habent: ut eis animus acquiescat: & si qd tribuendum est auctoritatibus: diuinæ illæ sint. Socratem uero: Platonem: Cyrum maiorem: Scipionem Affricanum: Catonem: & reliquam huiusmodi turbam: Cicero: Salustius: Valerius: cæteriq; scriptores sibi habeant: quorum testimoniis omnia sua uolumina immortalitate referserũt. Nos uero sanctorum prophetarum uaticinia accipiamus. Thomam Aquinatẽ & uitæ sanctimonia, & ingenii sublimitate præstantem: reliquosq; doctores catholicos imitemur. MA. Recte sentis mi Seraphim: ut nobis ꝓfessioniq; nostrę innitẽdũ sit efficacibus argumẽtis, sacrisq; sermonibus. Sed i hoc disserẽdi

Aeneas sophista.
Ambrosius monachus

Socrates
Plato: cyrus
Scipio: cato
Cicero: salustius: Liuius
Valerius

Thomas de aqno

genere nõ ęque splẽdet oratio: contractior incultior: asperior sit ẽ necesse. SER. Assentior plane: sed non tam expetendus est nobis orationis lepor: q̃ ueri maiestas / atq; firmissimorum locorũ uis. Quare ut aliquid theologicæ dicas: quemadmodum dici potest: expecto. MA. Faciam: & id quidem q̃ breuiter ac dilucide potero. Negẽt igitur immortalitatẽ animi / qui quadrupedum more uiuentes sibi ipsis uoluptatem carnis deligũt: quiq; dedecore omni cõscientias polluerunt: dicantq; post mortem nullum inferis sensum esse: ac dissoluto corpore spiritũ euanescere. SER. Nihil ꝑfecto melius. Sed tu modo illis respondeas. MA. Id contendã atq; emoliar. Tu interim da mihi operã. SERA. Do sane. MA. Humanus animus si dissoluẽdus esset: nullo modo dissolui posset: ut Theologi putãt: nisi quẽadmodum dissoluuntur cætera omnia. Verũ enimuero q̃cquid natura ipsa ꝓducit: q̃cq̃d apparet in terris trifariam labefactari / extinguiq; potest. Id enĩ oportebit: Aut fiat actione contraria: hoc est cũ expugnãt se inuicẽ frigidũ & calidũ: humectũ atq; aridũ: aut ꝓprio subacto & exterminato subiecto: q̃le ꝑfecto est

Rõ theologica · no·n q·a sing· ẽ

1 Triplex modus corruptionis. 2 ĩ oĩbus

cum destructo ore destruitur uis eloquendi. Aut certe postremo imbecillitate regentis cōseruantisq; causæ. Id genus subtracto sole/qui est fulgoris origo: adimitur mox omnis in aere fulgor. At uero animus ipse primo illo modo quē diximus destrui nequaq̄ potest: cū contrariorū elementorum lesione uacet omnino: nihilq; ī eo sit mixtum/atq; cōcretum: nihil igneū/ aut ex humore/ aut aere/ aut terra ꝑductum: sed extrisecus ex nullis seminibus: nullaq; materia creatus ab opifice rerū deo optimo maximo ueniat ad corpus: & simul infundendo creetur: & creādo infundat̄/ut Augustini nostri terminis utar: Nulla certe corruptio ī eo inueniri potest: quod simplex est/ & immixtum. Generatio autē omnis atq; corruptio in cōpositis fiat est necesse/ atq; ex cōtrariantibus inuicē. Quapropter corpora illa celestia ī quibus est nullius elementi cōmixtio/ nihilq; dissidēs: sēpiterna omnino esse dicimus. Quod si supiores illos orbes/q̄to magis animū sempiternū esse dicemus: cuius gratia cōditi sunt? q sacer est: q diuinus: qui inuisibilis: & par ipsi Deo maiore sui parte: si dictu fas est: Quem deniq;

Aīus nō extiguit̄ actione cōtraria

Augustinus

Cæli īcorruptibiles

Simplex & Incopositu

Animi ca celi a creati

Animus sacer diuin

M. Tulllius ita diffinit: Singularis ē.n. quędam natura, atq; uis animi, seiuncta ab his usitatis, notisq; naturis. Itaq; quicquid est illud, quod sētit: quod sapit: quod uiuit: quod uiget: cæleste & diuinum ē. Ob eāq; rem ęternum sit necesse est. Hęc igitur cum ita sint: extinguet nulla uis animum: siue illa sit ferrum: siue eculeus: siue ignis: siue gurges: siue humidū: siue flabile: siue etiā ut poetę dicerēt: apud Acheronta, stygiāq; paludem tricipitis Cerberi faucibus glutiatur. Quid ē uero animus ipse potissimum: nisi cuiusq; rei intelligendę principiū? Qui cum intelligit contrariorum rationem, atq; uim: illum non tamen uidemus ullo pacto corrumpi, quēadmodum corpora ipsa concreta contrariis, quādo cōtrariam uim sentiunt. Neq; quod ē a nobis secundo dicendum, cū emorit̃ corpus, potest & animus emori. Exuit̃.n. corpore instar operimēti: quo tegebat̃: & ab illo diuellit̃, ac seperat̃, tanq̃ diuinum quiddam & sempiternum a corruptibili & crassiore quadam massa eatenus destructioni ac putredini obnoxia: quoad in fine sęculorum omnis caro reparet̃ ad uitam. Cū uero ex corpore animus.

M. Tullius

Cerberus

Aīus qd

Quod animus p corporis mortē nō extinguit̃

nullatenus pendeat: magis autem ex animo corpus: ipseq; animus corpus iformet: uiuificet: agitet: regat: cõseruet ut suã forma materiem: fieri nullo modo potest/ ut extermínato cadauere/ exterminetur & aĩus. SER. Recte tu quidem ista prosequeris: &ex theologiæ philosophiæq; fontibus tua dicta cõstituis: qua quidem re admodum lætor. Sed licet ne ad ista respondeam? MAT. Licet uero: atque ut facias oro. Nulla enim ueri inueniẽdi facilior ratio: q̃ ut refellas/ uel obiicias sæpe. SERA: Si quæ attigisti uera sunt: consequens est: ut brutorum animas sempiternas esse dicamus: quia inuisibiles sunt: nullaq; ex materia compositæ: & corpora sua informant: uiuificant: agitant: regũt: & ex corporibus quasi tenues auræ uidentur exire MAT. Argutius nihil potuit per te dubitari. Sed tamen in ꝓmptu est: quod tibi respondeam: quod cum acceperis: fies tu quidem statim ingẽtis certitudinis plenus. Brutorum &enim animas post corpora manere non dicimus: quoniam materiẽ ex qua ortę sunt habent. Educuntur enim ex uirtute ipsa/ potentiaq; materiæ: estq; illis ex crassa & destructibili concretione terrena/ mortaliq; natura ori

Brutorum aię cur sũt ĩmortales

go atque principium. Quod satis diuino te stimonio a conditione rerum est declaratum: cum in principio libri Geneseos quantum ad hæc animantia dixerit deus: Producat terra animam uiuentem. Quantum autem ad hominem, qui particeps quodammodo diuinitatis futurus erat: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinē nostram. Quibus rationibus adductus Salomon, Reuertatur inquit puluis ī terram suam: unde erat: & spiritus ad eum: qui dedit illum. Quę uerba catholici interpretes sic intelligenda censent: ut puluis referatur ad muta: sed ad hominem spiritus. Ergo si hæ formæ brutorum materiales sunt: ut certe sunt: utique necesse est adgenerentur adgenerata materia: & intereant interempta materia. SERA: Liquet iam mihi res: atq; eo amplius: ꝙ tam magnū est dei testimonium, quod induxisti: ut illi fidem nedū habeam: uerum quoq; nudato uertice reuerēter assurgā. MA. Letor ꝙ cū homine magnę pietatis & fidei ē mihi res. SE. Me tenet eadē parq; uoluptas: ut nactus sim q pie & fideliter doceat. Quare te quæso ut pergas absoluere quod tertio loco restat absoluēdum: utrum ne scilicet impotentia suę

Genesis c. i. c.

Salomon

adgeneratur i. crescatur seu multiplicatur

3 modus

ac ꝓprię causæ humanus animus possit in terire? MA. Nihil ꝑfecto minus: nisi orbis ipse rector de cælo labat̃ & cõcidat: quod tam absurdum ẽ dictu: ut absurdius nihil possit humana ratio cogitare. Vniuersam .n. mundi machinam quæ tractu cęli ambi tur: cunctaq; creata quæ cernimus finxit sa pientissimus ille, ac potentissimus artifex deus hominis causa: & illa ĩperio eius sub strauit. Hominẽ uero suum uoluit esse cul torem. Illum ꝓpter se condidit: illum inten to ad se ore figurauit. Illum ad cælum: un de ortum habet, erexit atq; cõstituit. Cum igitur ex hac uita tanq̃ ex lõga ꝑegrinatio ne atq; naufragio ad suum factorem, cæle steq; illud domicilium, unde decerptus ẽ, euolauerit, ibi ꝑpetuo cõquiescat oportet: quoniam ibi eius est finis fęlix atq; perpe tuus: idest gloriosus deus & immortalis. SER. Perpulchre q̃tum ad sanctos hoĩes attinet. Sed quid de reprobis: quorũ finis nequaq̃ est deus: cũ a deo sint ꝓrsus auer si? MA. Idem de quibuscũq; mortalibus sentias. Pares siquidem uniuersos natura generauit, & unius eiusdemq; rei gratia: quanq̃ ĩ meritis dispares efficiat uirtus &,

Quod defectu suæ causę aĩus ĩterire non potest

Aĩe dãnatorũ ẽt ĩmortales

no. hoĩs dignitatem

finis felix i. Deus.

electos a damnatis separat virtus & contra ab electis damnatos vitium

uitiũ: & dignus sit malo ꝑpetuo: qui cõtra se reclamante natura bonum quod erat perpetuũ/ paruifecit: cõtẽpsit: abiecit. SE. Tripartito ordine perpulchre hactenus est a te mõstratum animos haud interire: uel ꝙ eã cõpositionẽ non habent/ quę corruptionis est causa: uel nulla in quæ resoluantur principia: cũ sint ex nullo creati: uel ꝙ deniq; nequeunt ab suo fine diuelli: qui Deus est uita/ gloria/ imperio/ & maiestate sempiternus. Ceterum supest quod iterum moueat/ possint ne extingui: & in nihilum redigi. MA. Acute me iterrogas: atq; etiam urges. At sine parumper occiput fricem. SER: Fricato q̃diu lubet. MA. Sed & subrides? SE. Id efficit tua ista fricatio. MAT. Eia age. Quã tantã uim putas: quæ stirpitus animũ queat extinguere. SER. Mors fortasse: sed deus ipse certo imẽsus ac prępotens. MA. Cum est sermo de aliquo: quod fieri nõ potest/ sublimem illam diuinamq; maiestatem semper excipio: quæ nihil agit difficulter. Si uero mortem dicis: certum ẽ unde respõdeam. SER. Sat id mihi erit: MAT. Nulla est enim uirtus tam firma: tam ualida: tãq; cumulata: quæcunq; quotaq; illa sit: neq; si

ꝑticularis epilogus

Aĩa rõnalis nõ põt ad nihilari.

tantum dixeris mortẽ: ſed ſydera etiã/aut angelos/aut demones/aut aliud/ quod ma ius his cogitari poſſit: quæ ſe ſe eo uſq; pro tẽdat: ut facere queat ſiue ex nihilo aliqd: ſiue ex aliquo nihil. Relucratur utriq; natu ra. Non conflat artifex ſtatuam/niſi ex prę exiſtente materia. Sed neq; partum generat aliquod animal/ niſi p ſemẽ: ſi illis forraſſe non conſenſerimus: qui ſcripſerunt anima lia quædam aura cõcipere ſolere: quod quĩ dem etiam in noſtrã ſententiam uenit: cum aura non nihil exiſtat. Similiter dico nec ua let rẽ quiſq̃/que iam ſit/ ĩ nihilum uertere: ſi ue illam laniet: ſiue ſuffocet: ſiue comburat: ſiue aliquid eiuſmodi inferat: Deterior ſa ne fieri poteſt: alterari quoq; uariis uicibus atq; mutari/ſed ĩ nihilum uerti ac euaneſce re minime poteſt. Nulli.n. data ſunt arma tam fortia quæ naturam expugnent: nullĩ telum tam pernix: quod necem animis infe rat. Dei eſt. Dei inq̃ iſta facultas: qui tam & ſi potẽtiſſimus in omnibus eſt: non tam uĩ ribus tamen: q̃ æquitate moderatur uniuer ſa. Nec certe quantum poteſt: ſed quantum decet/ exequitur. Perindignum ſane eſſet: non ſolum Deo/ſed etiam homine uel me

Aura cõcipe aĩalia q̃dã

Not.

Virtus nature.

diocriter instituto decertare aduersus natu
ram: quæ paret Deo ipsi, & ancillatur: si nõ
est ipsa deus. Animaduertendum præterea Alia ímor
illud est, q si animũ deus uoluisset esse mor talitatis rõ
talem: nunquam dixisset id quod paulo an
te tetigimus. Hominem faciamus: qui præ
se ferat imaginem & similitudinẽ nostram.
Cum similitudo hęc atq; imago, nõ ad cor In anima sumus deo
pus, sed ad animum tota referenda sit: qui similes, non in corpore
cum nullo alio magis, q̃ cũ Deo ipso com
parari potest. Cum enĩ noscat & intelligat: quia anima est similis deo
præteritorum reminiscatur: futuris consu
lat: complectatur præsentia: meditetur: con
templetur: administret: imperet: doceat: ac
cipiat: & quicquid eiusmodi est: an aliud
dici potest q̃ diuinum quiddam? Quod si
diuinum etiam & immortale planeq; sempi
ternũ. Sed neq; in ueteri testaméto se deum Alia rõ
esse patriarcarũ tam sępe dixisset: si illorum
animæ cũ corporibus interissent: Ego sũ in
quit deus Abraã: deus Isaac: & deus Iacob.
Testimonio dei maius non est. Idcirco ait.
Ego sum deus: ut tanto testimonio illę cre
dãtur uiuere. Ostéditur insuper Abraam ex
euãgelio eo in loco quem appellant Theo
logi limbum & in eius sinu perinde atq; in Limbus

hospitio tranquillitatis & pacis amoenissi
mo Lazarum sanctum & pauperē exceptū:
qui ābo plane nisi uiuerēt: non potuissent
sine mendacio alter conspiciendus demon
strari: alter ī tutissimo illo excipi sinu. Illud
etiam satis declarat: humanos aīos necessi
tate esse immortales: ꝗ deus ipse hac ī uita
suis electis sanctissimisq; hoībus aut nunq̄
aut certe rarissime ulla pręmia reddit tantis
digna uirtutibus: Sed neq; ī malos insurgit
quotiens peccant. Magis uero iustitia ipsa:
æquitas: innocentia: fides: pietas concul ca
tur/ præualente utiq; atq; dominante libidi
ne: hisq; facilius prospera cuncta eueniunt:
qui īprobe/ nepharie/ ac turpiter uitā agūt:
q̄ iuste/ sancte/ casteq; uiuentibus. Quod sa
ne ita esse apprime Iuuenalis his uersibus
docet.

Alia rō

Iuuenalis.

Aude aliq̄d breuibus gyaris & carcere dignū
Si uis esse aliq̄d. ꝓbitas laudat̄: & alget.
Criminibus debēt ortos: pretoria: mēsas:
Argentū uetus: & stātē extra pocula caprū.

Eniuero si recta/ si iusta/ si benefica natura
illa diuina cēsenda est: oportet profecto ut
ex rectitudine sua atq; beneficētia & bona
ꝓ meritis: & mala pro īpietatibus aliquādo

nobis reddĭtura sit: quod alia nulla ratione fieri potest: q̃ q̄ sit animus immortalis. Sed quid opus est tam multa congerere. Si moriturí simul cum corporibus animi erãt? putamus ne Christũ dei filium, & humani generis saluatorẽ deuenisse ĩ terram? carnẽ induisse mortalem? uagiisse? exuriisse? alsisse? sudasse? An ꝓposuisset futuro æuo regnũ cælorum? & decoram illam gloriosamq; immortalitatem? An minitatus fuisset ęternos cruciatus, & tartareas umbras? An tradidisset pręcepta illa iustitię: de q̄bus apud Mattheum est ita locutus. Si uis ad uitam ingredi: serua mãdata. Aut ioco fortasse tot, tantisq; sermonibus, atq; legibus uetuisset iniqua? Cur quoq; dedisset ĩ Mattheo iterum magnifica illa saluberrima ac certa cõsilia? Si uis perfectus esse: uade, & uẽde quæ possides: & da paupibus: & sequere me: & ĩ cælo thesaurũ habebis. Cur deniq; genus humanum tot tantisq; beneficiis: donis: remediisq; cumulasset? Nascit̃ quidem hyeme: & inuisibile dei uerbum, sublimemq; maiestatem capit tugurium uile, & cõgestum cespite culmẽ. Datur fęminę. Credit̃ fabro lignario. Prædicat pęnitentiã: morit̃ crucis horri

Alia effi cax rõ

do turpissimoq; supplicio. Resurgit: legatos mittit disseminare euangelium: ac spargere Dei archana ab ortu solis usq; ad occasum in communem orbis terræ publicamq; saluté. Taceo sacratissimas uisiones: & multis reuelata mysteria. Taceo pphetarum uoces: sibyllarumq; uaticinia. Taceo responsa idolorum: ipsa portenta: atq; pdigia: aliaq; inumerabilia tum hominum/tum signorũ testimonia: quibus liquet sole ipso clarius humanos animos nũq̃ morituros. Videor mihi effecisse hactenus/ ut tu te iã possis ex paucis his & enarratis pbreuiter multa colligere. SER. Reliquum nihil mihi fecisti: quod aut dubitem: aut nisi uelim curiosius cauillari/ putem amplius pquiredũ. Quod omnium sane mihi difficillimum uidebat: id potissimũ sum assecutus: ut catholice de immortalitate animorum dissereres. Iam uero si placet difficultatibus his tanq̃ scopulis supatis planum æquor & tranquillũ nauigemus. MA. Admodum lætor q te quietum ista dimittant/ quæ disputauimus. Sed ut unde discessit/ reuertat oratio: illud puto pfacile demonstrari iam posse: Cum sit animus imortalis: homini malo ac uoluptuo

ctra malos & voluptuosos

so ex rapinis/ atq; ꝑditionibus/ deliciis/ la
sciuiis/ aliisq; foede nequiterq; commissis:
nullum gaudium nõ diuturnum dico: sed
uix diurnum posse contingere. Inter cætera
mala hoc grauissimum habet omnis praua
uoluntas/ & male institutus affectus. Semꝑ
laborat occulto atq; intestino supplicio: &
aculeis pungit̃ suis. Gemit intra nos ratio/
cognitioq; peccati ea! quam sinderesim uo
cant. & dies atq; noctes stimulis nescio qui
bus mentẽ increpat/ atq; admonet ꝓ stultis
libidinibus: ꝓ caducis fluxisq; rebus: ꝓ ter
renis illecebris: quæ omnia æque fragilia &
peritura sunt: ac uenter: cui exhibẽt uolup
tatem: non esse posthabẽdam uirtutem: ac
aĩorum uerã sempiternãq;! salutẽ sed aduer
sus pessimas cupiditates ĩstructa acie tanq̃
aduersus hostes/ esse magnifice aĩoseq; di
micãdũ. Latrat ĩstat domestici canis cõsciẽ
tia: morsus atq; uulnera sẽtiẽs sua. Scelus illa
benigne nõ accipit: nec uitia sine murmure
atq; querela. Mordet ubiq;: ęternũq; morde
bit uermis ille edax: q nũq̃ morit̃: Recorda
tio receptarũ uoluptatũ mẽtẽ ipsã cit: & ma
gno torquet metu. Pulsat illã cõtinue ange
lus sacer: q apud nos ẽ: imo ĩtra nos residet

Infęlix con
ditio ini
quorũ
Sinderesis

Conscia

Vermis.
Memoria.

Angelus.

No.

Libidinis finis qd.

bonorum omniũ inspirator & custos: malo rũ uero dissuasor & testis. Defluũt exiguo spatio atq; breuissimo: & singulis momẽtis quasi fluẽta decurrũt hę corporis fedæ dã nosęq; libidines: neq; finem alium habent: q̃ dolorem: ignominiam: luctum: interitũ. Quis ergo satis sanę mẽtis eiusmodi uitiis deliniros/ & luxuriis inquinatos diu tuto ac perfecte gauisuros affirmabit: cum mor dentem intus conscientiam sentiãt? Deum in scripturis animaduersionẽ minitantẽ ex timescant: cum deniq; post se relinquat nisi penitentiam/ amaritudinem/ pauorẽ uolup tas empta dolore? Quo. n. cõmento: q̃bus iocis: quibus ue ludis hosce mihi dabis ple ne exultantes: ut non sit acrior sollicitudo/ q̃ suauis libido? Erit ne cithara? an simpho nia? an saltatio? an cantus? an noui concubi tus? an lautiora cõuiuia? an insignia/ hono resq; delati? an deniq; ouationes/ triũphiq; ipsi: qui in risũ illos soluant: in intrepidãq; lætitiam? aut somnus talibus/ cibus ue pote rit esse iucundus? Suspirabunt itaq; sępe: & ingemiscent/ ut diximus/ etiam inuiti occul to quatiente animum tortore flagello. Sed ne omittamus externa: oro des mihi homi

nem omnibus affluentem diuitiis/ muneri bufq; fortunæ: quem frequens puerorũ an cillarumq; turba circundet: Serica & purpu ræ uarii coloris: acu pictæ/ gematæq; ornẽt. Nõ desint calices: sciphi: uasa cælata argen ti auriq; fului: & qcquid eiusmodi ars ulla effingere conflareq; potest. Habeat ingẽtia palatia: ortos consitos: ubiq; domos: ubiq; uillas: Iugera uero in diuerso solo tot: ut ea singula uix centum uertat aratris. Iungãtur nauigia: quæ maria sibi omia sulcẽt: Aedes marmoribus: statuis: tabulis: ære: picturaq; resplẽdeant. Cũ pficiscit̃: eum equorũ mul titudo comitet̃. Præcedant impedimẽta: se quant̃ quadrigę onustę ingẽtibus sarcinis. Sit admirabilis magnificẽtia & sũptus epu larum. Subiice illi populos: urbes: puītias. Imperet Regibus/ atq; Terrarchis. Hæc oĩa fortunæ bona quæ in unum congessimus: si uni tribuant̃: tanget ne hũc perfecta soli daq; lætitia? aut fęlix censendus erit? SER. Nihil certe minus dicturũ te existimo. Ego tamen nondum satis uideo: cur lętabũdus futurus non sit. etiam si fęlicem non dixe rim. MA: Ego uero existimo utrunq; faci lius negari: q̃ alterum posse defendi. SER.

In bõis for tunæ nulla fęlicitas

Aueo te cur ita sit psequi. MA. Quoniam ut constat grauissimo atq; sanctissimo testimonio Pauli nimia quadã anxietate & animi simul & corporis discrimine ista queruntur. Qui uolũt inquit diuites fieri: incidũt in tentationem: & laqueum diaboli: & ĩ desideria multa/ & inutilia & nociua: quę mergunt homines in interitum & pditionem. Malorum insup omnium radicem cupiditatem appellat: quã quosdam appetẽtes naufragasse inqt a fide: & se se multis iseruisse doloribus. Discurre per singula uitia: tecũ cogita omẽs suggestiones/ & irritamẽta diaboli: nihil inuenies/ quo mortalium mẽtes facilius uincat. Quis animus tã rectus/ tãq; bene institutus: in quem cupiditas non dominetur? Quę uirtus tam pręcipua/ tãq; diuina/ in quam auaritia non frequẽter incurset? Quod deniq; ppositũ tam firmũ: tãq; continentissimum: quod nõ aries iste pecunię de gradu dimoueat: incurret: sibiq; submittat? Aptissime quidem Diogenes ille cynicus rerum omnium contemptor. Arcem omnium malorum/ pauli nostri more cupiditatem nominauit: atq; cur aurũ croceum esset & pallens interrogatus ferẽ respõdisse

Paulus.

Contra cupiditas ditari

No. Cõtra auaritiam

Diogenes

Auaritia arx omnium malorum

Aurum cur croceum sit

illud ideo pallere: q̄ se cerneret obsideri a multa turba predonũ: nunquã q̄ careret in sidiis. Non potuit quicq̄ facetius ac uerius responderi. Prædones sane passim intuet̃: qui fraudibus: mẽdaciis: piuriis: furtis: usu ris: circũuentionibus: ꝑditionibus: rapinis ipsũ inuadunt: Quotidie a nouis siccariis: nouis artibus capit̃: Occulit̃ tantisper. Sed ecce protinus alius alius arripit: nullo præsi dio: nulla arce: nullis ꝓpugnaculis septũ de fẽdi potest: etiã si illud medio ĩ capitolio, ac collina turre reponas, aut ĩ phanis: secre tioribusq̄ delubris Deo suisq̄ supis dices. Pallet igit̃ ubiq̄ ac trepidat: eo q̄ ubiq̄ ab oĩbus petit̃ quasi aptis hiatibus: nusquã q̄ habet ꝑfugium; quietem: inducias. Sed ubi omnes idem queritant: idem suspirant: idẽ anhelãt: queso in quę desyderia: sollicitudi nes: curas: molestias: supplicia ĩcidũt cõpeti tores? quę mergũt eos ĩ interitũ & ꝑditionẽ ut Paulus rite uidebat? Cętera. n. uitia & lo corũ & tẽporũ sunt: ac mẽsura q̄dã, certoq̄ fine cõtinẽt̃. Cupiditas uero & domi & fo ris: & terra & mari: & pace & bello: & ĩ ocio & negocio dnãtur ac regnat. Luxuria cessat in sene: hęc tũc ita ĩualescit: ut nulla libido

Facete

Nunq̄ turę diuitiæ

Auaritia in insatiabile malũ.

maior: nulla rabies acrior. Superbia non capit abiectum & inopẽ: hęc illum excruciat. Iniuria modum habet in mora: hęc nullum terminum habet. Post feritatem homicidii paricida ingemiscit. Blasfemus post furorẽ se cogit. Iracundus dimisso stomacho conquiescit. Auaritiæ uero neminem uideas pęnitere. Iuge est. n. & semp excrescẽs, ac sine fine peccatum: cui possit quisq̃ nulla ratione mederi. Ex quo illud horrendum est in euãgelio dictum. Facilius est camęlum trãsire per foramen acus: q̃ diuitem intrare in regnum cęlorũ. SER. Ita esse ut dicis censeo: cũ de auaro ac cupido loquimur. Sed esto qs bono ęquoq; iã parta possideat: nihilq; sit: quod præterea quærat: aut cupiat: hunc non beatum aspicies: & uberius exultantẽ? MA. Minime uero. SER. Ede cur. MAT. Quoniam nõ minoris negocii est ista quærere, q̃ quæsita tueri. Bona. n. fortunæ eiusmodi omnia philosophi idcirco nuncuparunt: ꝙ nulla ratione comparari possideriq; possint: q̃ casu & temeritate fortunæ. Quam obrem diuinum honorem eidẽ ipsi fortunæ Romani tribuerunt: arãq; dicarunt cum simulacro dextera gubernaculũ tenen

Contra diuitias

Exteriora q̃re dicũt̃ bona fortunę

te: leua autem cornu plenū: quasi orbis re
gimen obtineat: solaq; sit: quæ opem precã
tibus mutuet. Isti ꝑfecto errauerūt ex parte:
ut fortunam deam facerent: cęloq; locarēt.
Sed monuerūt simul quod uerissimū erat/
non esse confidendū iis rebus: quas nobis
mutuatas tantum cerneremus: & tanq̃ ara
neo filo pēdentes: ac paruis spatiis breuissi
misq; curriculis pręterfluere: labi: & ex aliis
ad alios demigrare suaptenatura deoq; si
nente constaret: quæ si quando usq; ad ex
tremum nobiscum maneant: incertis postre
mo hæredibus omnino sunt relinquenda:
ut quippe qui uenientes in hunc mundum
nihil intulimus: æque & exeuntes nobiscū
nihil feramus. Adde cum talibus quis spo
liat᷑: & ex illustri loco sūmisq; diuitiis in ob
scurum gradum/remq; deuenit angustam:
quæ uulnera excipiat: quę tormēta: quę ma
la. Huius uita ꝑfecto est morte deterior. Vi
deas quosdam pudore suffusos amatã pa
triam/carosq; deserere. Alios ꝑ furorem sibi
ipsis manus inicere. Non nullos (proh ne
phas) aīas demonibus dedere. Omitto ma
ledicta: blasphemias: ꝑfidias: prædas: dire
ptiones: sacrilegia: in quę q̃plurimos egit

bonorũ amissorũ dolor: & imẽsus q̃dã nõ tã inopię q̃ erubescentiæ pauor. Poterit ne igiť q̃sq̃ qui recte sapiat/ uniuersa hęc terrę bona lętis oculis/ ac comi frõte cõspicere: nisi aciẽ mẽtis excęcauerit oĩo falsis erroribus: atq; aĩum a ueri cognitiõe detorserit? SER. Atq effecisti/ ut ppemodũ iã cõfitear/ eos eẽ beatos: q spõte se oĩbus terrenis exuũt: nostroq; uiuendi more paupes/ paupẽ christũ: & nudi nudã uirtutẽ ęmulãť/ nihilq; habẽt/ quod cõcupiscãt/ quod metuãt/ quo efferãť/ quo ue angãť. Cęterũ si unũ tãtũ in quo iterũ aĩus fluctuat: enucleare potueris: cõstantissime affirmabo/ nullũ esse uiuendi genus hoc nostro iucũdius. MA. Quid nã est: in quo fluctuas? SE. Nũ q in sũmis bonis fortunę ẽ: si preterea sãctus/ tẽpatusq; sit: publica atq; priuata iuste religioseq; administret: tribuat ubi tribuẽdũ ẽ: nihil timeat ĩsidiarũ: nullius formidet ĩuidiã: nullius trepidet potẽtiã: carus sit oĩbus: cupiať: ameť: dicẽdus sit miser: nec ne? MA. Caue hunc miserũ dicas: cũ ex hoc numero plurimi extiterĩt sanctissimi atq; cõtinẽtissimi uiri: quales accipimus diuios hoĩes Abraã: Isaac: Iacob: Moysẽ: Dauid: q̃lẽ uiderũt prioribus tpibus maio

Abraã: Isaac Iacob: Moyses: Dauid

Beati qui sint, hic

Et diuites beati dicuntur ut hic

res nostri Ludouicũ galliæ Regẽ: Nos uero nostra hac tẽpestate Galeotũ Robertũ mala testã arimini pricipẽ/humanissimũ uirũ atq; doctissimũ: & Paulã Gõzagã Iohãnis Frã cisci primi Marchionis Mãtuę cõiugẽ: sãctis simã & memorabilẽ fęminã: eiusq; filiũ Ale xãdrũ: qui meritis laudibus hic mihi habẽ dus esset: si adhuc uiuẽs laudari se pateret̃. Qui oẽs ꝑfecto si miseros eos copiæ reddi dissent: atq; ĩperia: ea euestigio abiecissent. SER. Obseruaui ut his adiungeres Cosmũ Medicẽ tuũ: de quo soles sępe multa narra re & magnifica & egregia cũ homis laude: sed hoc loco me fefellisti. MA. Soleo q̃dẽ cũ licet/eius uiri cũ dicta tũ facta laudare: il liusq; memoriã crebris libenter usurpare ser monibus.. Quis.n.nostri generis ẽ/ atq; ꝑ positi: q illi nõ se plurimũ debere fateat̃: & eius recordatiõe nõ se sẽtiat recreari?cũ siq dẽ ille tot tẽpla eminẽtia/ædes: ac monaste ria miro quidẽ ornatu/& arte elaborata no bis erexerit?Bibliothecas uero omniũ diui norũ humanorũq; uoluminũ liberalissima ĩpensa & elegãtia regia cõstruxerit?nos prę terea largitiõibus pene quotidiãis/ sũmisq; officiis cumularit?An usq̃ loci gentium ue

Ludouicus rex
Galeotus Robertus
Paula Gonzaga Alexãder.

Cosmi egregia laus

alius omnibus seculis inuētus est Cosmus?
An Florētiæ tantū suo se iactare licet alum
no: ut nō magis dono quodam prouiden
tię in totius orbis uel usum uel exemplar:
q̄ in unius ciuitatis gloriā natus esse uidea
tur? Fateor recēti illius hominis morte plu
rimum me esse commotum: q in unius obi
tu iam pridē iacturā maiorem res humanæ
non fecerint: uisumq; sit uniuerso pene or
bi unicum specimen beneficētiæ ac pietatis
ademptum. Quis uero tam ingrato animo
atq; agresti: qui etiam tacēdo lugubre illud
merito non ingemuerit?: Quod tum Cam
bius Bossus meus / Vir sane ex hac schola
nostra Iesu Christi doctissimus edidit?

Cambius bossus Epigrāma ī Cosmū

Hei mihi damnato Cosmus qa raptus ab orbe:
Orbis erat uiduus & sine sole dies.
Vnus sol terris: unus modo Cosmus in orbe.
Ve miseris: qd.n. durius? ah Superi.

Sed illud tamē satis animū merore leuauit
q Petrus filius deo optimo maximo: supe
risq; beneuertentibus reliquus nobis ē: non
modo paternæ opulentiæ hæres pulcherri
mus / sed beneficētię: uirtutis: honoris: inge
nii: aīq; expressa quedā imago: ī qua & oīa
patris ornamenta relucēt: & suū præterea ac

Petrus Medices

proprium quiddam. Sed quoniam Cosmi nostri uirtutibus recẽsendis / meritisq; erga nos maximis atq; immortalibus maior de betur / q̃ hic locus sit: efficiam / ut unde detorta est: reuertat̃ oratio: Illud tantum cum dixero: me nunq̃ uel legisse quenq̃ ex ueteribus: uel uidisse præsentem: qui in pręclaro usu rerum illi merito sit comparandus. Vides itaq; hos miseros non esse dicendos. SER. Ergo ĩ his potest esse fęlicitas? MA. Cum uẽtum fuerit ad bonorum gaudia de quibus in principio sermonis nostri secundo loco seperatim polliciti sumus nos esse dicturos: tum arbitror fluctuationem hanc tuam satis sędatum iri. Sed iterim quod in manibus est / ꝑsequamur: ut ostendamus q ista tanta sęculi bona: quæ longo ordine recensuimus / atq; sępius: auidius quærat: aut tenatius seruet: eum ipsum non cape plenã animi tranquillitatem / serenamq; frontis lætitiam. Ratio est: ꝙ horum nihil animũ explet: sed quo lõgius quisq; ꝓcesserit: eo minus inuenit ubi consistat: quoniam finẽ in quem desinat / cupiditas nõ habet: estq; hydropisi similis: aut ęstuãtibus febribus: quę nullis potationibus sędant̃: sed quotiẽs bi

Terrena nõ faciant

No.

Auarus hydropico similis: —

Xerses
Cicero

bitur: totiens inualescunt. Qua quidem in re poportuno Xerxes ē nobis exēplo: quē Cicero refert non sūmo imperio & regno: non īfinito exercitu: ac cōfertissima classe: non immenso præterea auri & argenti pondere: nō deniq; omnibus præmiis donisq; fortunę cōtentum: publicis ꝓuocasse stipendiis inuentorem uoluptatis: qua usus non fuisset. Sed turgidus etiam ille atq; insanus

Nabucdonosor.

Nabucdonosor Babyloniæ rex humanis regiisq; honoribus minime cōtentus: diuinū sibi cultum instituit: suamq; imaginem suis populis colēdam erexit. Neq; parto iam toto pene orbe Alexander qeuit: ad remotissimas gentes / & immanitate barbaras / situq; inaccessibiles uictorem exercitum duxit: ut uastioribus terrarum spatiis īmortalitatem nominis sui ꝓpagaret. Sed neq; ei satis fuit Philippus Macedo: tantus uir: tantus rex: tātusq; pater: famam inuexit ab Ioue Amone se esse ꝓgenitum. Quid: ꝙ audito alios orbes esse: q̄ eum quem cerneremus / incoleremusq;: illū obortis lachrymis īgemuisse: & acclamasse ferūt: Quę te ad illos Alexander fortuna ducet? aut quę tāta tibi uita cōtigerit: ut tuis uictoriis Herculis ęquato ful

Alexāder

gore in concilio deorum ascendas? O cæca cupiditas. O sacra fames. O habendi nunq̃ adęquata uoluntas. O honoris & nominis interminata libido. O uorax & auara hominum mens: cui nulla regna: nullæ opes: nullæ diuitię suppetunt. An ĩ usum unius creata sunt omĩa? An tam paruus aqualiculus: aliméta uasti orbis solus absumet? An agrorum fruges/marisq; nauigia una tantũ mensa uorabit? Quid miseri coniungimus domum domui: & agrũ agro copulamus: ut deflet Isaias? Nũquid soli habitabimus super terram? Cur tam inflammato studio ad ea suspiramus: quibus nunquam satiari fas est? Sitim non extingunt ista: sed acuũt: appetitum non explent: Sed longius protrahunt. Ad ista nati non sumus: ideo maiora cupere nunq̃ desinimus: nec animus ualet alicubi consistere: quoniam alio est diffinitus. Incorruptibilis corruptibilibus: Diuinus humanis: Cælestis terrenis: Sacer ꝓphanis impleri nõ potest. Solo deo gloriosaq; ĩmortalitate: quorũ gratia natus ẽ: põt esse beatus. Quod certe post multos errores tũ manifeste uidit diuus Aurelius primus huius nostrę religionis parẽs/ cũ in cõfessionũ

Isaias

Augustinus ĩ cõfessionibus

libris claram hanc uocem emisit: Fecisti nos
ad te deus: & iquietum est cor nostrum do
nec requies eat in te. Et alio loco hisdem li
bris cum declararet uniuersa mortalia labo
rare fastidio: & quidem quotidianis tempe
statibus frangi: Versa inquit atq; reuersa in
tergum: & in uétrem: & i latera: & dura sũt
No. omnia: & tu solus requies. Est sane/ ut iqt/
irrequietus animus/ & semper in fluctibus:
quem terrena delectant: & paruum ei & an
gustũ totius orbis iperium: cui nunq̃ deus
est satis. Ad ea uero si adducat̃ animus: in
quæ quiescit: eamq; regionem & cælestem
fulgorem: unde ut ita dixerim / decerptus
est: semp intueat̃: & eo q̃tum natura hęc fra
gilis patit̃ ex hoc exilio ire se paret: regna
bit in angusto tugurio paup: & in paruo la
tibulo/ & humili casula etiã uasti orbis spa
tia transgrediet̃: eiq; erit ubiq; patria: ubiq;
domicilium: ubiq; latissima curia: quoniã
ubiq; in se deum habebit: & ubiq; extra se:
unde cælum aspiciat: & quocunq; se moue
rit comites secũ habebit omnes turbas uir
tutum/ Prominebit: & tanq̃ ex alto inferio
ra despiciet: ac ueluti supiore quadam in ar
ce positus/ omnia sua in tuto habens nihil

formidabit humanũ. Nũ ei deerit amictus: nõ equus nõ uehiculũ: nec alterius cuiusuis rei idigebit: sed neq; prędonē/ neq; exiliũ/ neq; bellũ trepidabit: tãtasq; uires habebit: ut omnibus resistat: quoniã fortuna ab eo nihil potest arripe: cui nihil mutuauit: neq; uis ulla quempiã territat! qui magis ad naturæ legē/ q̃ ad uulgi opinionē/cõmunēq; errorē uitã ducit. Lætiores aspicies paupe res: quibus nulla est unq̃ dominata cupiditas: q̃ locupletes qui auidius infinita possideant. Viuebat ĩ dolio Diogenes multo fęlicius: q̃ Alexander ĩ regia: & cõcaua manu potauit aquã multo iucũdius: q̃ rex iste uina pretiosa capacioribus sciphis. An paupratē extimuit Anacharsis scytha: cuius epistola ad Cræsũ extat his uerbis? Ego lydorum rex ĩ græciã ueni: gręcorũ mores & studia & instituta percepturus. Auro aũt nihil egeo: satisq; mihi est ad scythas reuerti meliorē atq; doctiorē. Et quē Hãnoni eximia quędã munera ei offerēti respõdisse ferunt: Munera aũt ista qbus es delectatus/uel ciuibus tuis/uel diis ĩmortalibus dona. Verum & Socrates ipse non ne potuit diuitias pro nihilo ducere? q cũ magno põdere auri ar

Diogenes.
Alexander
Anacharsis
Cresus
Epistola
Socrates

gentiq; donaret͞: tam multa nõ desidero inquit. Cũq; interdũ nõ nulla uenalia/ uel noua uel pretiosa uideret: subridens diceret: Istis ipse nõ egeo. Anthistenem quoq; qui prior sectã cynicã inchoauit/ oĩa sua publice distribuisse legimus: tantũq; sibi paliolũ quo opiebat͞/ reseruasse. Cratem Thebanũ quod mirabilius ẽ: magna ui pecuniæ ĩ mari proiecta/ Abite dixisse malæ cupiditates. Ego uos mergã: ne ipse mergar a uobis. Nõ referã Attiliũ primũ/ aut alterũ/ primi belli punici gloriã. Nõ Valeriũ Publicolam. Nõ Aemiliũ. Nõ Fabritiũ. Nõ Cincinatum. Nõ Curiũ: Nõ Scipionẽ. Nõ Scaurũ: q Romano ĩpio decori & nomini fuere: magis paupertate/ q̃ armis: magis cõtinẽtia/ q̃ ĩsignibus cõsularibus: cur hi oẽs potuerũt ista cõtẽnere? & tã alto atq; eminenti aĩo calcare? nisi ꝙ uidebãt iucũdiorẽ esse uitã frugalitate: q̃ multarũ rerũ luxuria? atq; pulchrius ĩpare diuitibus: q̃ diuites fieri? Et paupertatem non ita subiici temeritati/ telisq; fortunæ: ut rerũ copiã/ & potẽtissimorũ hoium gradũ? Solãq; uirtutẽ ĩprędabilẽ esse/ & illesã: cętera oĩa præter illã inania/ atq; caduca? Nõ igit͞ imẽsę opes: non carnis illecebra: non habiti ho

Anthistenes

Crates thebanus

Attilii duo

Valerius publicola

Aemilius

Fabritius

Cincinatus

Curius.

Scipio

Scaurus

Cõclusio

25

nores atq; magistratus. nõ dignitates: non sceptra: nõ ifulæ: nõ sup uniuersas orbis terrarũ nationes ꝓpagatũ imperiũ: nõ deniq; qcqd speciosũ mũdus falso ꝓmittit/beatos nos efficit: sed neq; oĩa simul sufficiũt ad uerã uniuſ diei solidãq; lætitiam. Multo plus macerãt: urgẽt: laniãt: fallũt: excruciant: perdũt: q̃ iuuẽt: adulent̃: ac palpẽt. Quare siqſ est/q ratione ūtat̃: q uelit homo nũcupari: q de sua salute curet/ac cogitet aliquando: necesse est: aut hæc uniuersa cõtẽnat: aut cõtemnentis certe se similẽ prestet: Quod si tibi iã satiſ cõstare fatens: locus ẽ/ut inanibuſ gaudiis: falsis: adũbratisq; modũ imponamus: diẽq; posterũ certiſ ac salutaribus desĩgnemus. SE. Quas possũ gratias ago deo meo optimo maximo tibiq; pater: q hunc diẽ felicẽ & faustũ mihi reddidisti signãdũ certe ãnuis notis/alboq; lapillo. MA. Facis ex consuetudine tua: ut oĩa mea tibi sint cara ac pretiosa. Sed quoniã elapsũ ẽ id quod nobis ocii dat̃: nunc tãdẽ redeamus ad relĩgionis/cõsueta negocia: finisq; oratiõi det̃.

PRIMA
DISPVTATIO
FINIT.

SECVNDA DISPVTATIO INCIPIT

MA.



VONIAM SATIS TI
bi uiſum eſt diſputatũ ſermo
ne ſuperiore Seraphim frater
quemadmodũ nulla ſint/ aut
certe inania cũcta ſęculi huius
oblectamẽta: ſupeſt/ quod ante ꝑmiſimus:
ut ſecũdus hic dies de uero bonorum gau
dio/ quod ex ſola uirtute ac ꝓbitate orit̃:
initium dicendi faciat. Quod eo uehemen
tius te cupe arbitror: quo fere ab ipſa ineun
te ætate una cũ parentibus tuis ingenii ani
miq; tui præclaris auctoribus: deinde ſũpta
religionis toga: & Chriſti militiã ingreſſus/
caſte ſemp & ſobrie & religioſe uixiſti. De
bet. n. fructus induſtriæ tuæ laborumq; tuo
rum tibi ſpecioſiſſimus eſſe: ac benefactorũ
uitæq; innocẽter actę recordatio iucundiſſi
Timotheus ma. Me uero q eo tẽpore/ quo Timotheus
noſter ueronenſis pręco uerbi dei ſũmus te
primum ſuis ſãctiſſimis manibus ad tyroci
niũ accepit: ad ĩgrediendã huius uitæ rõnẽ
tibi quãdoq; calcar ĩcuſſiſſe gloriari poſſũ:
ac deinceps adoleſcentiã tuã inſtituiſſe: no

lo rei terreat difficultas: quę q̄dē erit nō exigua. Nā fructus recensere uirtutis / solatiaq; uitæ sāctissimæ / uis quędā est diserti & eminētis ingenii. Nihil est.n.ex omibus / qbus efficit̃ uita beata / grauius magnificentiusq; susceptu: q̄ id genus disserendi assumere: quod reginam omnium rerum uirtutē atq; principē celebrat. Tale tamen est: ut quanq̄ ꝓ rei dignitate minus elaboratum sit: non parum ꝓpterea in se momenti ac suauitatis existimet̃ habiturum. Quæ res cum ita sit: iam dicendi locū sumat oratio. Tuq; prior interroga. SER. Quoniam mihi interrogādi facis arbitriū. non mihi uidet̃ uir temperās ac sapiens posse ullo gaudio frui. MA. Et improbus quidē hesterna disputatione uidebat̃ tibi: nisi forte ueri inueniēdi causa id contendebas. SER. Feci id sane / cum ea de causa: tum uero quoniam sic aliquotiēs esse uidebat̃. Verū cum tu omnes seculares illecebras aī lętitia uacare ostēderis: multo firmius adiudico / uirum sanctum atq; prudentem haud posse ī uita lętari. MA. Quābrem? SER. Diuina ferme scriptura id affirmāte multis ī locis. MA. Quibus? SER. Iis sane quos frequēter habes in ore / atq;

Utrum sanctus et prudens in uita letus sit

Euãgelia praedicas: ut euangelicus ille: ubi passuros discipulos dominus praemonet: Plorabitis & flebitis uos: mūdus autē gaudebit. Atq; ubi inqt: Qui uult uenire post me, abneget semet ipsum: & tollat crucem suā, & sequatur me. Itemq; arta est uia, quae ducit ad uitam.

DAVID

Ex hoc numero est etiam Dauiticum illud lugubre carmen. Lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Et alterum altero i psalmo. Fuerūt mihi lachrymae meae panes die ac nocte. Reor quoq; memineris uirum sanctissimum Iob, atq; fortissimum, de se ita testantem: Anteq̄ comedā, suspiro: & quasi inundantis aquae sic rugitus meus. In prouerbiis uero Salomon ait: Beatus qui semp est pauidus. Solent praeterea omnibus solatiis quae habētur in uita, omnibusq; oblectamētis sese sancti uiri sponte priuare. Non celebrare conuiuia: non indulgere choreis: nō egredi ad ludicra. Non amiciri sūptuosius Nō fari profusius. Cōiugiis uero aut omnino carere: aut timidius uti. Supra naturā carnis edomare luxuriā. Quasi aspidis uirus: sic aspectū, uocē, cōsortiūq; declinare feminarū. Sed cū his omibus pati egestatē, igno

Iob

Salomon

O q̄ dure

miniam: dolorē: supplicia: nexus: carceres: horrēdaq; tormētorū & multiformia genera necis: q̄lia priscis tp̄ibus / & ab rudimētis nascētis ecclesiæ i sacris christi martyribus expendit tyrānorum imanitas? Cęteri post laborē q̄etē captāt: Dies festos ludorū / solēnesq; calēdas ac cętus celebrāt: uenatiōe: cursu: pila: alea: circo: fidibus: cantu: hisq; similibus quādoq; oblectāt̄. Horū uero nulla ē uita rigidior: nulla tristior: nulla idigētior nulla humilior / His q̄si infęliciter natis tantū datus ē luctus: pauor: & mētis afflictio: adeo ut extiterint multi / q more Pithagoreorū hoiem nō nasci satius ducerēt: aut certe natū ꝓtinus ex tātis erūnis: qbus stati inuoluit̄ excedere. Ex quo Iob ille noster de quo sumus āte locuti: suū natalē diē & puerperiū lugēs: Quare iquit de uulua eduxisti me q utinā consūptus essē: ne oculus me uideret: fuissē quasi nō essē de utero trāslatus ad tumulū. Et gemebūdus Dauid id ipsum hoc uersiculo exprimit. Heu mihi quia incolatus meus ꝓlōgatus ē: habitaui cum habitātibus cedar: multū incola fuit aīa mea Sed ab horū sētētia neq; lōge abfuisse apostolū Paulū crediderim cū id precaret̄ Quis

Pithagorei

Iob

DAVID

Paulus

me liberabit a seruitute corporis huius?
Et cupio dissolui/& esse cum Christo. Tali
bus multoq; pluribus adductus/nõ uideo
bonos uiros/de quibus pręsẽs est sermo: in
animo admittere posse lætitiam. Tu modo
si secus existimas: rationẽ afferto. Attentũ
me semper habebis & docilem. MA. Mihi
quidem quę attigisti cõsideranti tria occur
runt: quibus respõdeam. Vnum ut sic esse
assentiar/quemadmodum ipse dixisti: quo
niam res ipsa priore quidem aspectu sic po
stulat. Alterum ut cõtradicam: ne abhorrea
mus a uita iustorũ: & quasi infamis illa nos
exterreat. Tertiũ ut postremo eliciamus il
lam/quæ quærit̃ a nobis ueri notitia. SER.
Hæc erit mihi admodũ grata: præsertim q̃
theologica est disputandi ratio. Quare ut
contradicas expecto: deniq; ut concludas.
MA. In tuam sententiam induxisti ueteres
sacrosq; sermones: subinde id: quod quoti
dianum est/& ante oculos iugiter: ut omĩo
bonorum nemo queat esse comis/ ac lætus
Imp̃fectior aliquanto est tua ista cõclusio.
& quæ infirmari paribus locis ac dilui põt.
An non legisti mi Seraphim/qui in diuinis.
semp̃ uersatus es litteris illud Dauiticũ cat

men. Letabitur iustus ī domino/ & sperabit in eo: & gloriabūt̄ oēs recti corde. Et illud/ ubi sic precipit. Letamini ī domino: & exul tate iusti: & gloriamini omēs recti corde. Il lamq; uocē ī mentis excessu. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo Iacob. Sumite psalmū: & date tympanū/ psalterium iucun dum cum cithara. Paulus quoq; ad Philip penses scribens gaudium illis cōgeminat/ Gaudete inquiens in domino semp: iterū dico gaudete. Sed quid est iucūdius illa mi tissima domini uoce: Venite ad me omnes qui laboratis/ & onerati estis: & ego reficiā uos. Iugum. n. meū suaue est: & onus meū leue: & requiē inuenietis animabus uestris. Quid ꝙ omnia ꝓphetarum uaticinia: oīs fere pagina diuinorum uoluminum: omēs deniq; hymnorum psalmorumq; soni sunt pleni letitiæ/ exultationis/ & pacis. Cæterū ut iam res ipsa loquatur: quid est ꝙ tu leto uultu semp incedis? & frōte serena? residet in ore moderatus quidā & īgenuus risus: nisi ꝙ intra te ē nescio quid latentis gaudii quod animū afficit: cōpletq; ora quodāmo do? Vnde illa in rebus agēdis/ & labore to lerando fratrum nostrorum ꝑnitas? Vnde

DAVID

Paulus

Vox dnī

tanta tamq; admirabilis in eis semper hilari tas: nisi de iteriore gaudio/ & concepta mẽ te lætitia? Non fert rerum natura: ut quis læ to omni tempore uultu uersetur: si non est intus animus lætus: neq; hilariter atq; impi gre fiat/ quod ab inuito fit ac tergiuersãte: Effigies enim quædã animi certa est & ora tio: & incessus: & uultus: & his tanquã nun tiis intrinseca proferentibus utimur etiam inuiti sæpissime. Num probas ista?. SER. Ita prorsus: uel ꝙ perspicua sunt: uel ꝙ pa ribus rõnibus contradicenti mihi tu quoq; assentiri uoluisti. MAT. Ergo erũt ista con traria: ut gaudeant hi: atq; non gaudeant: modo rideant: modo defleant: modo effe rantur: modo premantur. SERA. Videnẽ quidem? sed ne certo sint hæreo. Opperiar uero: ut ipse dilucides. MAT. Sane ut ar bitror/ contraria ista dicenda non sunt: sed magis diuersa: quoniã reddat ea certa atq; conciliet & uirtus/ & locus/ & tẽpus. SER. ut enim possunt hæc conciliari uirtute/ ut contraria non sint? MAT. Quo sit tibi res breuior captuq; facilior: utar pictorum ue nia: quos uirtutis imaginem atq; naturam

Verissime

Virtus
Locus
Tempus

Virtutis imago

quandoq; in hunc ferme modum finxisse uidi. Vt sit illa forma eleganti uirginaliq; decore: Aspectu sublimi & formidabili. Oculis acribus atque terrificis: Armata undique corpus: & sudans in facie. Resideat in cacumine montis omnibus prominens: Premat uestigio adamantes geminos fulgentes ac cuspide rectos. Palma uirente frugiferaq; nitatur: dexteraq; elata polum contingat ac sydera. Sit caput redimita lauro. Exeat de toto corpore nitor quidam eximius: Ad eam ducat per longos anfractus difficilis semita: Et asper ubique sit per sudorē incessus. Vbi uero ad eam uētum est: ibi plana omnia: dulcia: suauia: fausta: foelicia. Hærebit ne tibi animo hæc speciosa effigies: uenerandumq; simulacrum: quod tot egregiis preciosisq; coloribus depinximus. SERA. Hærebit sane: & iam quasi in tabella depictum: atque eo firmius: q me moria teneo carmina/ quibus HESIODVS poeta uirtutē etiam quodāmodo pinxit: quæ nobis latina fecere & GVARINVS tuus Veronensis: & Omnibonus Leonicenus Viri optimi: & hac ętate nostra doctissimi. Alter hoc modo. Hesiodus

Versus guarini Sudorē præsefert uirtus mēte deorum
Est ad eā longus/rectusq; p ardua callis:
Asper & imprimis: ubi ī alta cacumina uentū ē:
Mollis adestquę uisa fuit durissima quōdam.

Alter uero totidem uersibus: sed his sane uerbis.

Oībonus leonicenus Sudorē posuere dei uirtutis ad arcem
Aeterni: uia longa quidē statq; alta sub ipsam
Atq; maligna prius: sed iam suprema tenenti
Mollis adest: quæ uisa fuit durissima dudū.

MA. Perplacet ꝙ carmina ista memineris: quod quidem efficit: ut simulacrum iā nūc expositiōe nō egeat. sed referatᷣ modo ad id quod est propositi nostri: hoc est: uirtutem ab suis primo aditu laborem exigere: tum dulces deniq; atq; uberes fructus ferre. Sudorem prius imperare: postremo largiri quietem. Simul quidem etiam aduertendū est omnia ista & loci & temporis esse: atq; ideo bonis uiris dari tū bellum: tum pacē: tum fletum: tum risum: tum egestatem: tū opulētiā: eosq; ludibriis affici: & honoribus cumulari. Funestos dies habere. Itē & celebres. Tū tabescere: tū exurgere. Cōptissima ergo res ē: quæ nulla pōt tergiuersatiōe obscurari. ut sit omīs uita cōfusa/atq; pmixta:

nullus status: nulla pfessio: nulla conditio: nulla uitæ pars extet: quæ sua bona/ suaq; mala non habeat: quibusdam nõ delectet: quibusdã non angatur: aliquando non demergat: aliquando nõ psiliat: & quod acerbius est: quæ nõ sit maiore ex parte supplicium. Tantum interesse: non qualia in uita eueniãt bona: mala ue: sed qualis quisq; recipiat: Neq; id quod magno assẽsu & populari uoce laudat/ i bonis: neq; quod molles effeminatiq; homines infestissimum habẽt/ in malis esse ducendum. In medio ista posita esse. Solum referre/ ad ea accesserit uirtus an uitium. Viro sanctissimo Iob omnia bona sunt arrepta fortunæ: abstracti serui. Adempti liberi. Coniũx facta morosior: conuiciis eũ sedulis: pbris/ maledictisq; lacessens: In sterqlinio iacuit: uiuẽtiq; adhuc illi caro emarcuit: & scaturiuit de ulceribus sanies. Hic tamẽ nunq̃ ita fractus est aio: nunq̃ ita mentis offusa tranquillitas: quin in tabe fimoq; rideret: & iret cętera magnifica sermonem illum in ore semper haberet: Dominus dedit: dominus abstulit: Sicut domino placuit/ ita factum est. Sit nomen domini benedictum. Helias uixit adeo paup: ut exuriẽs

No. IOB Helias

a muliere uidua mendicaret subcinericium
panem: pastusq; sit longo tempore in here
Hieremias mo ministrãtibus coruis. Hieremias est ten
Daniel tus in carcere. Daniel leonibus datus. Iohã
Iohãnes. B. nes baptista legit̃ coluisse deserta: uictitasse
locustis: camellũ ei tegmen præbuisse: terrã
Paulus he uero cubile. Paulus a quo/ ut puulgatus est
remita rumor/ heremus primus cępta est habitari.
Antonius. Antonius secũdus ab illo. Hilariõ/ & uterq;
Hilarion Macharius: reliquusq; ingens patrum/ ana
Macharii choritarum monachorumq; cętus/ ac sparsa
ubiq; solitariorum multitudo. Hi omẽs in
nuditate: ĩ penuria rerum: in horrore solitu
dinis uastę: in spelũcis/ atq; nemoribus: pal
lẽtes inedia: squalore obsiti: & exesi macie:
contubernales tantum quadrupedum atq;
serpentium: non ne uixere cum angelis? nõ
ne paradisũ mente transgressi illa gustarũt.
de quibus non est fas homini loqui? Non
ne iam quasi illius cælestis ac sempiterni re
gni municipes effecti/ totis animis exultaue
re? Non ꝑfecto tam feliciter degissent ĩ ur
bibus: non tã læti diuitiis: aut opiparis lau
tisq; dapibus extitissẽt Sed neq; mollius in
pluma/ stratisq; sericeis iacuissẽt. At si iuuat/
contraria exempla ponamus eorum: qui in

uiri dura atq; aspera patiuntur: quorũ pro
scribuntur sua: depopulãtur agri: incẽdun
tur rura: qui pelluntur e patria: orbantur li
beris: trudũtur in ergastulum ob ęs alienũ
hos ipsos aspicies sũmo mętore cõfossos:
lachrymis/suspiriis/eiulatibus cuncta reple
re: nullum quandoq; finem per omne uitæ
spatium gemitibus facere: nulla solatia: nul
las preces: nullasq; uoces salutares admitte
re: sed flere miserabiliter: in domesticos fu
rere: passim debacchari: non nunquã etiam
per repẽtinam iram opes suas spargere: aut
quod prodigiosum est/ sibi ipsis ĩ propriã
necem uulnera & ictus inferre. Hic eadẽ ma
la sancti uiri atq; improbi patiuntur: Quid
ergo eorũ actus tã facit esse diuersos? nisi
rõ diuersa patiẽdi: nisi uirtus ipsa: quæ nul
lis fortunę incursibus quatit̃: nisi deniq; ꝙ
ista quæ diximus: paupertas: bonorũ amis
sio: exilia: suorũ orbitates: mala ualitudo:
luctus: męror: uinculaq; & cruces suapte na
tura mala nõ sũt: neq; urgẽt/nisi male feren
tes? An fortasse sãctorũ hominũ ieiunia: la
chrymas: psecutiões: ignominias: sollicitu
dines. studia: reliquãq; pęnitentiã mala esse
dixerimus: quãdoq dẽ in his sustinẽdis aĩ

Nihil ẽ ma
lũ nisi male
ferẽti

uirtus spiritus sancti firmetur gratia: & eis ubiq; adsit robur uisq; ipsa cęlestis auxilii?

No. Nihil est (mihi crede) suauius homini ea lachryma quę sua scelera diluit: nihil eo gemitu dulcius: qui ad uitam beatam/suumq; suspirat auctorem. Nihil dei timore securius: qui solus efficit/ ne quid aliud metuamus: Neq; est in illatis mortibus horror: quibus immortalis uita/& triumphus sempiternus acquiritur.. Virga tua & baculus tuus ipsa

DAVID me cōsolata sunt/Propheta canit.. Et alibi quoq; exultabundus inquit: Lætati sumus pro diebus/ quibus nos humiliasti: annis/ quibus uidimus mala. Hinc etiam uox illa

Paulus fidentissima Pauli: Quasi moriētes & ecce uiuimus/sicut egentes: multos autem locu plectātes: tanq̄ nihil habentes/ & oīa possi

Salomon dentes. Atq; prouerbium illud Salomonis. Timor domini sicut paradisus benedictionis. Sed quid plura pcurro? nō ne ista sufficiunt: ut sit probatum iam satis/& quod tu ipse dicebas: bonos uiros concuti: eos ire p ardua: multis uitæ huius carere solatiis? Simul quod cōtra ego defendi: eosdē exultare q̄ maxīe/ & oblectari: uariisq; solaciis ac suauitatibus pfrui? atq; ea quę a malis ferūt

ut pessima: a bonis ꝓpicio deo / ac suffragã
te uirtute sustineri / ut optima: Ipsosq; sudo
res quos imperat Deus bonorum omnium
parens / ipsaq; uirtus potioribus consolatio
nibus uinci: nullãq; solidiorẽ lętitiã esse ea:
quę ex egregia tãtum uirtute ꝓficiscit̃: aut
sane diuinarum rerum degustatione capit̃.
SER. Ista iam liquent: ut dicis: si placet lon
gius ito. MA. Quousq; iusseris / etiam si ad
indos. SER. Non sum / qui tibi tantũ ꝑegri
nationis imponam? sed neq; uelim: si licet /
hodie ex isto te sacello discedere. MA. Sed
quomodo potest ista res stare: ut una oꝑa
me ꝑsistere hic uelis: & longius ire?. SER.
Atq solet sæpius fieri: ut quis stans magna
etiam itinera conficiat. MA. At quanta?
SER. Passuum centena milia in horam: &
multo plura quãdoq;. MA. Satis sanus ne
es: an illudis mihi? SER. Risum ut tibi mo
ueam tantisper id facio: quod tu soles usur
pare: cũ in cõcione captas populariter plau
sum. MA. Tu Seraphim meis me sic reticu
lis capis? SER. Renouandus a fatigatione
& satietate īterdũ est animus iocis. Soluun Iocãdi rõ
tur. n. sic tristes affectus: & ad ꝓpensiorẽ in
tentionem mentis acies reficit̃. Si tamẽ satis

iocatum censes: nunc rẽ ut est/eloquamur. MA. Ita sane serio dic: iocus uero relinquatur comędiæ. SER. Id etiam plus me delectat: quam obrem quod reliquum est prosequamur. MA. Tu de quo mauis ĩterroga: Ego si potero: respondebo. SER. Postquã diffinitum est gaudia cadere in optimum quẽq;: studio abs te sigillatim audire/ quot illa/quãtaq; sint. MA. Est res ista difficilis dictu! sed ea tamen tot tantaq; existimo: quot quãtaq; sunt bona: quę cuiusq; mens honesti conscia possidet: quę certe enarrari æque puto non posse: ac homo interius deprehendi non potest: quando tu tamen ita uis: enitar recensere de his quicquid mihi Deus ipse fons totius gratiæ & origo donauerit. Atq; illud primum gaudinm erit: de quo dicemus: quod emanat de puritate ac splendore conscientiæ: quæ præsertim nihil foedum: nihil suspectum: nihil formidolosum intus habet. Hãc siquis possidet: suo testimonio semper est lætus. In summa spe uiuet. ac ingenti fiducia beatitudinis capiendæ: Incredibilem enim uim ad utrunq; conscientia habet: ut quemadmodum continue in malis excruciat: ita in bonis ani

Gaudiũ ex cõscia bona

mum recreet. Hæc nimirum omnibus gau diis præstat: hæc nullum in se recipit bel lum: nullo instantium malorum terrore cõ cutitur: sed trãquilla & pacata quiescit suo proprio ac certo bono munita. Nullum.n. theatrum/ut Cicero inquit/uirtuti conscien tia maius est. Et doctor sęculi Paulus. Glo ria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Omnes igitur fructus uirtutis pro bitatis: sapientiæq; thesauri in sola consciẽ tia repositi sũt: quam qui ita excoluerit: ita curauerit/ ut nullis excæcetur erroribus: nullis perturbationibus agitetur: hic profe cto semper erit non modo lætus atq; tran quillus: uerum etiam cum angelis dei (si hoc eorum pace dicendum est) poterit de fęlicitate certare. SERA. Fateor istud sane ut honeste/ sancte/pieq; uixisse: ac recorda tio multorũ recte factorum: cũ secura tum iucunda sit in plerisque iusto rum. Sed de omnibus ambigo: cum uideamus non nul los ĩnocentissimos uiros atq; sanctissimos/ grauissima nihilominus cõsciẽtiæ ferre tor menta/nõ posse ĩtestinos sedare tumultus. eosdẽ priuari sõno: angi cogitatiõibus: ma cerari curis: sẽp ancipites: pauidos: ac tristes

Cicero.
Paulus

incedere: timereq;: & suscipe aliquid: & idẽ negligere: In incessu & statu: in sermone & taciturnitate: ĩ labore & requie: in refocilla tione & inedia æque trepidare. MA. Tua

Triplex cõscĩa

ista admiratio facit/ ut triplicẽ cõscientiam diuidamus: ac de singulis distincte loqua mur. Sic enim ordine pcipies quæ requiris. SER. Facis perinde ac uelle me intelligis. Quænam uero conscientiæ illę sunt? MA. Aliam. n. scrupulosam. aliam erroneam: ter tiam uero nitidam sapientes esse dixerunt. Earum duæ eliminandæ omnibus uiribus sunt. Alia uero idest nitida sũmo studio cõ parãda. SER. Quam uocas scrupulosam?

Scrupulosa cõscĩa

MA. Quę in deliberãdis obeũdisq; rebus timorem temere incutit: discrepatq; a cõmu ni iudicio/ rectaq; ratione: atq; efficit: quem admodum dici solet: ut stipula trabs appa reat/ & quod quandoq; facillima dignũ est

Scrupulosę

uenia: damnabile uideat̃. Huius siquidem tantus interdũ est timor/ sollicitudoq; tam uehemens: ut pturbet sensum: mentem alie net: splendorẽ rationis offundat: atq; etiam ad amentiã ducat. Tam atrox etiam/ & uio lentus eius est motus: ut quosdã aliquãdo non nihil acturos conspexerimus extẽplo

34

rubore perfundi. Aliis inter loquēdum uocem titubasse: ac defuisse sermonem. Aliis sudoris stillas defluxisse p ora, nō aliter q̄ duello congredientibus solet. Non nullos quoq; oportuisse hac infirmitate sæpius interdiu sacerdotem adire: unaq; pluries confiteri nocte: permultos deniq; desperasse salutem. SERA. Hic tantus conscientiæ morbus unde orit̄ quęso? MA. Ex pusillanimitate utplurimum: aut ex suggestiōe diaboli: pessimaq; hæc duo genera sunt. Sed etiā ex humilitate nimia nōnūquam: estq; hoc nihilominus malum: Quod qui patitur: ut modo dicebas, nunq̄ uacat erūna. Ex quo Salomon Iustus inquit perit in iustitia sua. & sācti spiritus Vates. Nisi q lex tua meditatio mea ē: tum forte perissem in humilitate mea. SER: Satis res ipsa iam patet: expone deinceps, quę est, quam dicis erroneam. MA. Erroneam dicimus, quę tum malum, tum falsum admittit sub honesti spetie, ac ueri. Malum quidem ut illud est: cum quis pauperes expilat: ut ecclesias ac monasteria exædificet. Falsum: ut siquis ita secum ratiocinetur. Est euitandum quodcunq; prohibitum. Iusiurandum est a Deo prohibitū

Ortus conscię scrupulosæ

Salomon

DAVID

Diffinitō erroneę conscíētię

me uero primum interfice: q̃ iureiurando aliquid efficiam: cũ & locus & tempus de tur iuriurando: in quibus illud sapiẽs neq; possit/ neq; debeat declinare. Tales quidẽ zelum Dei habent: sed non secũdum scientiam: ut de Origene Hieronymus inquit: qui lecto forte eo euangelii loco: ubi dominus dicit. Sũt eunuchi qui se ipsos castrauerunt propter regnum cælorum: qui potest capere capiat. Mox se ipsũ ferro castrauit: cum siquidem fuerit illud intelligendum: non ferro: sed imperio/ ac perpetuitate uoluntatis. In quo quidem etiam nõ nulli nostrorum temporum fortasse peccauerunt: cibos & indumenta supersticiose sumentes. (de nostris similibus loquor) sed nomino neminem honoris & caritatis gratia. Hoc enim conscientię genus im spiritualibus uiris ortum habet ex agresti rigidoq; ĩgenio: nonnũquam etiam ex diuinarum scripturarum ignorantia. Quosdam uidebis suo cerebro malo uti pro legibus inflexibili ceruice: ac contumaci animo obstare rationi. Dedignari nosce/ qd iuris põtificii Canones: quid imperatorię leges: quid plebiscita permittant: aut uetent. Et si testmonia theolo

Origenes
Hierõymus

Ortus erroneę

gorum induxeris proferre impudenter in mediũ: ſentiant Thomas: Egidius aut Scotus ipſi quæ uelint: mea mihi ſic conſcientia dictat. Vbi ſpiritus domini: ibi libertas: & qui ſpiritu dei agũtur: ii liberi ſunt. Heu ignorantię ac incultę ſanctitatis peſtis. Heu ſub ſpiritualis libertatis prętextu latens ſuperbię radix. Non ne ſcriptum meminiſtis. Qui ſine lege peccauerunt: ſine lege peribunt. Et ſi cæcus cæco ducatum præſtet: ambo in foueam cadũt? Sed hos ſua cum pertinacia relinquentes: quę uero ſequitur nitidam conſcientiam aggrediamur: quã ſane puto poſſe ſic diffiniri: ut ſit uirtus quædã interiorq; cognitio: q̃cq̃d in nobis eſt ſplẽdido, ſĩcero, ſobrioq; iudicio: ac recta rõne diiudicãs: eſtq; illa ꝑfecto & moderata ſẽp & fortis: & cõſtãs: & ꝓcul ab oĩ metu ueraq; uirtus: quæ non lætabitur unq̃ temere: nec exhorreſcet nimiſ. Sed ĩ ſe ipſa oẽm ſpẽ ſui reponẽs: & cũctis in rebus repudiatis extremis mediũ tenens præcepto illi Terẽtiano ſemper obediet. Ne quid nimis. Hæc pro uiribus tuenda & conſeruanda eſt: in qua non modo cumulata redundanſq; lætitia:

Thomaſ
Egidius
Scotus

Cõſcię niti dę diffinitõ

ut fuimus ante præfati. Verum etiam habe tur tota pene fęlicitas. Videtur ita ne tibi? SERA. Ita sane. Atq; nunc tandem uideor mihi intelligere Enigma illud Salomonis. Secura mens quasi iuge conuiuium: atq; il lud probare Satyricum: ut nobis deus oran dus sit: quo mens sana sit in corpore sano. MAT. Si de gaudio igitur quod ex illustri & nitida cõsciencia manat: nihil amplius re quirendum censes: ad alterum proficiscaẽ oratio. SERA. Abunde de isto: quod uero habes de altero da. MA. Cogitasti ne unq̃ quantum in se dulcedinis habet: quantum solatii crebra honesti boniq; exercitatio: ac quotidiana uirtutis operatio? SERA. Imo in eam cogitationem sæpe & incido: & ex proposito uenio. MAT. Quantum igitur tua tibi hęc peperit meditatio in medium profer: Ego deiceps si qua mihi succurrẽt: adiiciam. SERA. Sane quanto est tibi ma ior uirtutis amor, atq; honos, & reuerentia studiorũ: quibus eãdem ipsam potes exor nare: tanto tibi cedo: audireq; malo, q̃ audi ri. M.A. Quoniam honestiusculis tuis uer bis ac humanissimis me dicere iubes. Puto

Salomon

Iuuenalis

36

cum qui diutius bene uixerint: probitati iu
ſtitiæq; ſeruierint: in iis ipſis generari de im
polluta uita & recte acta guſtũ neſcio quẽ
ineffabilem atq; mirificum: dariq; iis firmã
quandam & illeſam animi trãquillitatem.
Sola enim res eſt atq; unica inter omnia uir No.
tus: quæ efficiat beatam uitam: ĩ quam nul
lus ĩpetus belli: nulla hoſtilis incurſio: nul
la fortunæ temeritatiſq; uis manus iniiciat:
quæ ubiq; indeprædabilis: inexpugnabi
lis: intrepidaq; ſimul: & florentibus rebus
atq; cadentibus eadem ſemper/ parq; conſi
ſtat: neq; ulla uoluptate quaſi adiuncta in
digeat: quoniam ſui nihil in aliena poteſta
te reponens/ in ſe ipſa omnem ſuam uolup
tatẽ habet & cõtinet. Erit ne quiſq̃ bonus:
qui bonis opibus nõ delectetur? aut iuſtus
dici quis poterit/ qui iuſtis: aut liberalis/ q
liberalibus non gaudeat? Non ſerit agrico Similitudo
la ſine ſpe frugis/ neq; ſudat arator ſine ex
pectatione futurę mercedis. Quod cum ita
ſit: actiones ſecundum uirtutem iucundas
omnino eſſe oportere/ manifeſtiſſimũ erit:
niſi forte initium ad illas gradiendi arduũ
quandoq; uideatur: formidentq; primum
non nulli ægra mente & imbecilla in exper

tam dulcedinem. Imo tutum etiam homi nem in summo discrimine: & lętum in acer bissimo dolore reddet. In quibus duobus egregia quędam exempla & memoranda: cum gẽtiles philosophi: tum nostrates edi dere. Sed omnem illam philosophiam ue terem in duorum exemplis: quanq̃ infinita pene suppetãt: redigamus. Cum Megaram

Demetrius Stilpon

populabũdus hostis Demetrius inuasisset: ferro igniq; solo ęquasset: Stilponem philo sophum ferunt ab eo interrogatum: suorũ ne quid amisisset. Cui ille minime inquit. Nam omnia mea mecum sunt inexpugna bilibus munimentis septa. Non me spoliat fortuna nisi eo: quod dedit: Virtus uero ab ea libera: & inuiolabilis est: cum eam mihi

Socrates

neq; dare: neq; arripe possit. Socrates coac tus ab Atheniensibus mori: ante q̃ uenenũ biberet: multa de immortalitate animorum adeo sapienter: adeoq; animose disseruit: quę postea omnibus discipulis suis clarior

Phedõ Platonis

Plato ĩ Phedone digessit: ut sibi uel uiuen ti uel mortuo nõ solum fortunæ crudelitas nihil mali uideretur inferre: sed neq; tam in mortem cogi: q̃ ĩ cælum putaretur ascende re. Quid in christianos philosophos atq;

sāctissimos Tyrāni idolorum cultores pfecere? Inaudita & innumerabilia in hos suppliciorū genera excogitata sunt: Ante Datianū Vincentius Martyr in summis cruciatibus erat: & in illum uersus emittebat generosā hanc uocem. Videbis me Datiane plus posse, dum torqueor: q̄ ipse dū torqueas. Tu magis in inferendo tormento: q̄ ego in tolerando fatigabere. Nullam uim habet feritas tua: qua uirtutē sibi submittat: Te tuisq; machinis ea fortior est. Violatur id modo, quod uiolabile est: Virtus uero firma & inconcussa est: nulli irruenti uiolentiæ cedēs. Iacobus intercisus, cui cognomen intercisi dedit totius corporis membratim atque articulatim dissectio: non ne conspexit sese tam horribiliter, tamq; foede cum gaudio dimembrari? Quid Laurentius? Non est iocatus in crate: Et ardentes prunas pro nihilo duxit. Stephanum inter saxa quibus est obrutus: tantum abest doluisse: ut eidem lapides illos etiam dulces extitisse legamus. Sed quid uiros commemoro Machabeam matrem cum septem filiis Anthiochus sisti ante se iussit. Illam cogi, ut legem uiolaret: cibisq; prohibitis se

Datiāus Vincētius martyr

Iacobus intercisus.

Laurentius

Stephanus

Mirabilis mater. Anthiochus.

natosq; inquinaret. Stetit inconcussa animi uirtute nobilis fęmina: neque tyrãni preces admisit: neq; minas exhorruit. Cępit Rex iuuenes flagris ac taureis cruciare. Sed ma ior natu nullo dolore animo fractus/ nihil proficis inquit o Rex: Parati omnes sumus mori potius: q̃ patrias leges/ac Dei nostri iussa negligere. At p summum furorem/ & ingenii sui supstitiosã insaniam Antiochus tum primum æneas ollas/ sartaginesq; suc censas præcepit afferri: deinde adolescentis qui fuerat ita locutus linguam spectãte ma tre ac reliquis iunioribus fratribus ex inti mis faucibus radicitus ãputari: cutẽ capitis cum crispãti: & flaua cęsarie detrahi: sũmas manus pedesq; præcidi: & ad extremũ suo foedum cruore/ & quasi exanime corpuscu lum i sartagine torreri. De altero eo ordine sumptum supplicium est. Tertius cum pari ludibrio fędandus esset: linguam postula tus mox protulit: manusq; intrepidus/ ac si ne horrore in ardentem ignem extendit: & stupentibus cunctis atq; pauentibus/ sere no ille ac comi uultu se ipsum inspiciens in quit. Omnia ista de cælo possideo: sed pro patriis legibus: pro Deo Meo iam nunc

eadem ipsa despicio: a quo aliquando me
ea recepturum: & quidē multo meliora cō
fido. Potuerunt & reliqui extincta fratrum
suorum corpora: & tantis tamq; immanissi
mis suppliciis habita non solū firmo pecto
re ac siccis oculis ītueri. Verū & ipsi quoq;
ꝓmptis adeo/excitatisq; animis huiusmo
di sustinere tormenta: ut non tam inuiti in
mortē trudi: q̄ ad solennes (ut ita dixerim)
ludos uiderent̄ inuitari. Ventum ad paruu
lum demum/& tātæ cladis reliquum matri.
O pietas: O prisca fides: inuictaq; bello fę
mina. Hæc in paruulum ruens: oriq; admo
ta: ut quem imbecilliorē ob teneram ętatem
uerebat̄: est his uerbis exorsa. Eiadum fili
bono animo sis/ martyrii triūphum cū fra
tribus recepture. Tyrocinium tuū Deus op
timus maximus ꝓspectat ex alto. Luctam
breue spatium terminabit: Erit uero pennis
ac sempiterna corona. Noli stulta quadam
parentis pietate moueri. Ego tibi nihil dedi
nate: quod non fragile esset: & obnoxium
destructioni: quo contumeliose atq; crude
liter abuti suo iure fortuna nō posset. Neq;
lucem qua uides: uitamq; qua spiras: ipsa ti
bi contuli. Fui tantum custos quædā imbe

tillæ ętatis nutrix & pedagoga: e cælo sunt ista: & dei certe est omne quod es: ꝓ cuius lege quotiés oportuerit / gloriosum est mori. Me uero nũquam pęnitebit uno die septem partus septem funeribus excepisse: sed potius felicem dicam: quę uos filii nõ mundo: sed cęlo pepererim. Vix mater uerba finierat: cum adolescentulus in cęlũ ora cõuersus / & Deo gratias agẽs. Quid me sustineris carnifices? nõ pareo regi scelestissimo inquit. Strenue ꝑgite me cõfratrũ meorum sẽpiternæ gloriæ adiicere. Educite de custodia: & his uinculis: quibus detinet̃ / animũ: ut liber in cælum possit euolare. Sicq; læto animo & inflexibili horridam mortem excepit. Nouissime uero mater ipsa illustrior filiorum morte / q̃ partu est extincta post pignora. Exhibuit ille dies miserum oĩbus / flebileq; spectaculum: ut neq; tanta feritate satiari barbarus hostis: neq; pia mater tanta domestici uulneris acerbitate flecti potuerit. Quid referam nostras Margaritas: Caterinas: Apollonias: Emerentianas: Vrsulas: Barbaras: quando earũ gesta fortissima nobis non modo ex scriptoribus: sed iam uulgo ex pictura notissima sint: deq; his etiam

Margarita
Caterina.
Apollonia
Emerẽtiana
Vrsula
Barbara

mulliercula quæq; philosophet ad colum: & cæcus in uestibulis ecclesiarum ac triuiis cantet. Tuta igitur est uirtus ab omni metu: impendentiq; discrimine: nec ulli succũbit dolori: nec frangitur impetu: quoniam ea nihil est fortius. Quod si nec bello uinci potest: nec inclinari lacessita: sed neque in cruciatibus ipsis gaudio suo priuari: quanto uberius/ suauiusq; lętabitur: cum sibi dimissa præclaro ocio fruetur suo? SERA. Magnifice quidem: & ad mea uota uirtutem extulisti: Videoque satis splendore illius ac maiestate nihil posse suauius dici: Nihil dignius suscipi: Nihil uberius coli: nihil sanctius uenerari: magnamq; in ea esse letitiam: multa iucunda: multa suauia: & ut Plauti comici sententia utar: uirtutem esse optimum præmium: eiq; adesse bona uniuersa quem penes est illa. Sed illud quæro nun opus sit? quo uim suam/ nomenq; retineat: ut sit semper ĩ actu. MA. Nõ sõnũ ꝑmittis sapiẽti: nõ aliquãdo uoluptatẽ qetis & umbrę? SERA. Potest ne dari? MA. Profecto potest: præcipuus tamẽ fructus/ & admirabilis illa gloria uirtutis actiõis ẽ tota: Quod sane ut probaret Aristoteles ad hoc

virtus optimum premium

Aristoteles

exemplum rem contulit. Quemadmodum in olympia non optimi atq; fortissimi: sed qui certant coronanẽ: sic & in uita bonorũ & honestorũ qui recte agunt cõpotes fiũt.

M. Tullius

Deniq;. M. Tullius in officiis nec abesse putat a uitio ob nimiam opam ĩ res obscuras atq; difficiles abduci a rebus gerẽdis: quas a nobis exigat uirtus: cuius laus omnis ut ille inquit/in actione consistit: a qua tamen fit intermissio sæpe: danturq; multi ad studia reditus. Nã quoniã opatio secũdũ uirtutẽ nunq̃ honestate & officio uacare põt: sed ĩtermissio põt. Idcirco ĩ actione ẽ uirtutis pfectissima laus: sũmum decus: maiestas illustris & gloria. Cęterum si de gaudio præsertim est sermo: id certe uirtutis semper est comes: ut paulo ante tetigimus: præuium interdũ: quandoq; subsequẽs. Vidistin equũ

Similitudo

paratum ad bellum clangente tuba dum retinetur habenis: ac in hostes gestit irrumpere: hinire interim prę gaudio: aures demittere: spumam ore iactare: se se loco continere nõ posse: sessorẽ inuitare/ut inclinato pillo se dedat in hostes. Ita non nulli dum boni aliquid moliunẽ: solẽt gaudio quodã opationem longe præcedere: tum uero multo

magis lætari/cum se uidēt assecutos quod tam inflammato studio ante cōtenderāt. Sed neq; silentio inuoluēdum puto/ quantus preter reliqua egregia & salutaria bona est nobis cū amicis/uel ex sermone/uel ex cōsuetudine animi gestus: Quotiēs uiros optimos adeuntes inter oscula sancta mutuosq; caritatis amplexus collabimur! & quidem cū sermo orit̃ de ꝓbitate: uirtute: Deoq; ipso. Aut certe cum alius alium instituit: aut currenti calcar adiungit: quotiens suauitate fādi cibum ac somnum obliti cū die adiūgimus noctē: aut cum nocte diē. Scriptores ueteres quibus cura fuit de amicitia differere! diffinierunt in rebus humanis nihil esse fęlicius ea necessitudine: quę inter bonos mutua est/atq; par: quam non commodum ullum: nō delectatio: nō præsentia corporum! sed honesta ratio: iidem mores: eadem studia conciliant. Neq; dulcius quicq̃ esse dixerunt. q̃ posse cum altero loqui ut secum: accipe mutua & dare cōsilia. Hinc illud celebre Salomonis & ꝓbatum Eulogium. Amico fideli nulla est cōparatio. Atq; illa Ciceronis uulgata sentētia. Quid dulcius q̃ habere/qui cū omnia

Consuetudo bono rū suauissima

Salomon

Cicero

audeas sic loqui ut tecum? Qui esset tantus fructus in psperis rebus: nisi haberes qui illis æque ac tu gauderet? Aduersas uero difficile ferre esset sine illo: qui illas etiam grauius q̃ tu ferret. Nihil est quod potue rit uerius dici sanctiusq; tueri. Sed ad hęc omnia si Christi amor accesserit, cui cætera cedunt: quid uero tum dicendũ erit? Nam

Timotheus

ut de me ipso loquar, cum Timotheo no stro, uiro quidem doctrina & sanctitate ui tę clarissimo: cõmuniq; nostrę regeneratio nis auctore, multis in locis (ut te non præ terit) annos ferme totos plerunq; fui atq; uixi. Illi me sacris in litteris, atq; in his libe ralissimis studiis graue non fuit, discipulũ admittere. Deinde pr̃iceps hic mihi extitit ad ineundam rationem instituẽdę concio nis, & pclamandi ex pulpito: hancq; uocẽ sua industria, suisq; pręceptis cõformauit. quanq̃ & in hoc populari dicendi genere, & i illis, quę dixi studiis, parum certe pro fecerim. Sed me q̃ lętũ, q̃q; fęlicẽ extitisse tum credis: cum tanti uiri mihi liceret con tubernio uti? uirtute singulari frui? huma nitatem: modestiam: sapiẽtiam: religionẽ: pietatẽ: reliquasq; uirtutes admirabiles cõ

templari? Tenebat animum semper deuotione pręcipua: & admiratione ac suauitate incredibili uir ille eloquio dulcissimus: atq; eum dicentem obseruabam studiose: & quoquo se uerteret/ sermóibus eius suauissimis tractus illum prosequebar. Fateor inde usq; uitam mihi iucundiorem nullam fuisse: nullum sermonem dulciorem. nullũ etiam tempus fęlicius/ atq; fructuosius. Sed ne per longa exẽpla/ quibus abundamus: nostra se nimium diffũdat oratio. En q̃tami Seraphim frater his paucis diebus prioribusq; nõnunq̃ ex mutua consuetudine est mentibus nostris adaucta suauitas? q̃q; excitatus nescio qs flagrãtissimus amor? qui sæculi honores: qui magistratus: qui fasses: quę opes: quę corporis uoluptates: quæ tandem illecebræ huic fęlicitati erunt nobis anteponendæ? Satis illud mihi quidem cum Cicerone iam conuenit: uicissitudine studiorum/ officiorumq; nihil esse iucũdius: neq; quicq̃ appetentius similiũ sui nihil rapatius/ q̃ natura: atq; illud adiũgo: nõ paruã ĩ malis uim hoc ipsũ habere sed ĩ optimis q bus q; q̃ maximã. Nã si tãtas uires

Cicero

morum similitudo habet/ & nominis tantum commemoratio ipsa delectat: ut etiam ad amandos quos nunq̃ uidimus/ nos alliciat: q̃ efficacius erit uiuũ ipsum ac spirans eximiæ cuiuspiam uirtutis exemplar? q̃to uisam expressamq; bonitatis imaginẽ plus admirabimur? Apostoli uiuendi formam ex Christo acceperunt: illum inspexerunt: obseruarũt. audierunt: Idcirco illi plus ex eius moribus traxere/ q̃ posteri: ad quos ex libris sola fama ꝑuenit. Maius quidem est testimonium oculi/ q̃ auris: & moribus credit facilius quisq; q̃ linguis. Quod q̃ uerissimum esset ostendens dominus discipulis ĩquit. Beati oculi/ qui uidẽt/ quæ uos uidetis. Quam sane temporum fęlicitatẽ/

Simeon

& gratiã cælitus datam cũ Simeon uidisset in tẽplo: se quasi iã beatum nihil amplius uisurum optauit/ sed hanc exultãs uocem emisit. Nunc dimittis seruum tuum domine secundum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Prædicãtur ĩ tẽplis quotidie gesta saluatoris. Apostolorum: martyrum: confessorũ: uirginũq; uirtutes efferunť. Quis nostrum ẽ tam duro agrestiq; animo: qui ad præconũ uoces

non moueatur? tot tãtisq; uirtutibus nõ concitet̃ ad illos imitandos? Nõ capit ple runq; astantes uasta fori latitudo: nõ ingẽ tes undiq; porticus / non iminentes desup culmi. Tum in plausum / tum ĩ tristitiam: tum in risum / tum ĩ fletum: cum est opus / penitus artifex ac sanctus orator cogit cę tus astantium. At uero si uidisse nos talia quæ obstupescimus audientes: Si interfuis se spectaculis: quæ cum legũtur / nos incen dunt ingẽti quodam amore uirtutis / diui nitus cõtigisset: q̃to maiores aĩorum mo tus nobis res ipsa dedisset? cũ certũ oĩo sit quod tradit Oratius: nosq; ãte tetigimus Oratius

Segnius irritare animos demissa per aures
Quam quæ sũt oculis subiecta fidelibus?

Profecto ab immortali deo nulla res no bis data est amabilior: nulla iucũdior: nul la pretiosior: nulla uberior: q̃ cum aliquos bonos uiros: nostriq; ꝓpositi simillimos in uita nãciscimur. In his præter ipsũ uber rimum fructum / atq; incredibilẽ illam ani mi uoluptatem / quam quærimus / & in ser mone / & in incessu / atq; ĩ moribus diuinũ quiddam elucet / & bonus Christi odor: q bonis est odor uitę ĩ uitã: malis uero mor

tis ĩ mortem: ueluti amomum & balsamũ

Seneca fragrat. Si hominem uideris inquit Aneus noster interritum periculis: ĩtactum cupiditatibus: inter aduersa fęlicem: in mediis tẽpestatibus placidum: ex supiore loco homines uidentem: ex æquo uero deos: non subit te ueneratio eius? Non dicis ista res maior est, altiorq;: q̃ ut credi similis huic in quo est corpusculo possit? Animum excellentem moderatum: omnia tanq̃ minora transeuntem: quicquid timemus: optamusq; ridentem cælestis potentia agitat. Non potest res ista sine adminiculo numinis stare. Est ita sane carissime mi Seraphi: ut omnes christianæ ac ueræ delitiæ in bonis hominibus sint: cum illis Deus: illiq; cum Deo assidue maneant. An nescitis tali

Paulus bus ĩquit Apostolus: ꝙ templum dei estis uos: & spiritus sanctus habitat in uobis? Quid templum.? cum etiam certam quandam & expressã diuinitatis gestent effigiẽ?

DAVID de quibus per os Dauid est solennis illa uox dei: Dii estis uos, & filii excelsi omẽs.

SER. Magnæ mihi uoluptati extitere quæ de bonorum hominum cõsuetudine atq; odore attigisti: eaq; hausi tam auide: ut te

continentius dicentem nusquã interpella
re potuerim. Sed neq; tã id feci: ꝙ me ista
laterent: q̃ ꝙ tractum animum rei nobilita
te/sermone deide usquequaq; suauissimo
demulsisti. MAT. Id sane ex uultu/& attẽ
tione notaui. Sed ne est de hoc hactenus
satis? SER. Satis/ut cẽseo: si qua præsertim
supsunt potiora. MA. Supest si iuuat: ut
pauca/quędã de gustu diuinę contẽplatio
nis dicamus: in quo nõ modo delectatio
capitur: sed inest quoq; magna pars uitæ
beatæ. Verũ res ista paucorũ est: & eorũ: q
dẽ pfectissimorũ. SER. Cur paucorũ quæ
so? MA. Quod rei familiaris curã/ oĩaq;
huius seculi/ac uitæ præsẽtis studia abicit:
iubetq; ocium sũmum ab ipsa hoĩum fre
quẽtia prsus seiunctũ: quæ pauci admodũ:
uel uolũt/uel possũt/SER. Recte qdẽ. Sed
cur ẽ perfectissimorum dũtaxat? An illam
nõ & nobis licet degustare? MA. Omnia
q̃dem trito illo uetereq; prouerbio: pręcla
ra rara. SER. Multis quidem difficiliorem
operation ẽ extitisse q̃ ocium arbitror: tuq;
paulo ante dixisti egregium decorem lau
demq; uirtutis totam in actione consistere.

MAT. Eſt uero negocioſiſſimum etiam ipſum contemplationis ocium: & uiciibus atq; actionibus fatigatur ſuis. At non ſpreta rerum gerēdarum cura: ipſoq; humanorum ſenſuum uſu: quātum quidem poteſt humana fragilitas in illa ſublimia aduolare laborat: contendit: anhelat: & ſæpe animus feſſus cum ꝓpheta ſuſpirat. Quis dabit mihi pennas ſicut colūbę/ uolabo & requeſcam? Diſtribuēda ē ſane tripliciter uita bonorū: ut hoc loco dicēda facilius ītelligi queāt: quoniā alia qdē actiua ē: alia cōtēplatiua: alia uero ex utroq; cōplexa atq; mixta. Qui. n. munera caritatis/ quę quidē maximæ actiōis ſunt: diligēter ac optima fide tractauit: is ſane bonus dicendus eſt. Sed is melior: qui opportune eſt proſecutus alterutrum. Optimus uero ille ac ferme beatus: qui contemplationis intentus dulcedini/ ſoli deo/ ac ſupernis inhæſit. Erūt iſta tamē tempori accōmodanda: atq; unū ita ſuſcipiēdum: ut alterum/ cum oportuerit non omittatur. Diuo Aurelio fundatori noſtrę huius quietis & pacis/ egregiā hanc præter cæteras laudem/ merito aſcribēdam

DAVID

Vita actiua

Cōtēplatiua

Mixta

Auguſtinuſ

puto: ut ſaluti publicæ/ſibiq; ipſi ita uixe
rit: ut ſi cōmune commodum quærimus:
in ſæculorum omniū utilitatem datus eſſe
uideatur. Si pręclarum ocium/& a publicis
rebus uacationem: illius animus i cælo ma
gis/q̄ in corpore habitaſſe credatur. An il
lum putamus ſine aſcenſione animi & rap
tu mentis in deum/myſteria illa ſublimia/
ac diuinitatis archana tot uoluminibus
potuiſſe complecti? Aut hereſes tantas de
ſtruere? tot editiones relinquere? totiēs ſer
monem ad conciones habere? Legere præ
terea? dictare? ſcribere? pōtificatus admini
ſtrationem gerere abſq; actitatione atq; la
bore? Vigilias atq; ſudores dulci hoc con
templationis fallebat ſolatio. Refectus de
inde animus ad lucubrationes ſolitoſq; la
bores acrior īſurgebat: Nec aliter iſta inter
ſe diſtāt/q̄ q unū dulcius: alterum utilius.
Vnum beatius: alterum fortius eſſe depre
henditur. Sed in omni perfecto uita ex tē
poris poſtulatione his utendum erit/ut di
ximus. Sic Moyſes modo beatus/fuit diui Moyſes
nę maieſtatis intuitu/atq; ſermone: modo
uexatus a Pharaone cum populo Dei. Sic

Paulus — Paulus modo raptus in cælũ: modo a chri sto anathema pro fratribus. Sic nos modo dimicamus: modo potiti pace quiescimus SER. Nostra regularis hęc uita quam seq mur: ut uideo: media est atq; cõmixta/ Nõ

Canonicorũ regularis uita — uagamur quotidie: Non mẽdicamus in cõ pitis: Nõ terimus diuitum postes: Non in dulgemus uiduarum fabellis: puellarumq; susurris: ut illarum nutriamur opibus: su stentemurq; marsupiis. Cæterum contem plationi: orationi: cellulæ: silentio pars cer ta tẽporis datur. Simulq; suscepta est præ clara illa actio: & salutaris prędicandi: con sulendi: pęnitentes audiendi: & cętera id genus: ĩ quibus summa christianę pietatis fundamentumq; uersatur. MA. Sentis ut est/ de nostro uiuendi more: neq; ulla reli giosa professio: ac degendi formula meo arbitratu alterũ sine altero recte suscipiet. In eodẽ hospitio atq; domicilio uixit MA

MARIA Martha Nõ stat sine actiua cõtẽ platiua — RIA cũ Martha sorores illę fuere. Ambæ dominum excepere: neq; Maria pedes sal uatoris osculis & amplexibus tenuisset: ni si soror interim ministrandæ domus curã suscepisset. Mysterio ista non uacant. Sal uatoris tamẽ testimonio una opt ma dic

da ē/ & alteri præferenda: quanq̃ inuicem disiungi nō possint. Erit idcirco beatior q optimā cum Maria sortitus partem euolat ex his cōtagiis in clarā illā lucē cælūq; sydereū. Illius. n. animus ibi fixus erit: ubi futurus ē sēpiterno: & nescio quo intuitu clariore: crassa hac corporis excussa caligine quæ nūc/ ut ille ait/ obducta tuēti Mortales hebetat uisus: dei maiestatē cōspiciet. sentiet īterdū ita se rapi: & tāta delinirı gloria: ut ubi sit nesciens/ magnis spatiis corpus nullatenus agitet: sed demū sibi ipsi restitutus ęgre illud: & tanq̃ ergastulū uideat: sitq; ois ī eo grauissima mora: cupiat exire ex his uinculis: & se eximere carnis tyrāni de: quæ illū deprimit altiora moliētē. SE. Nō habeo quod obiiciā tantæ ueritati: sed quoad eius possim & liceat elaborandū in eo ē mihi præcipue: ut ad pedes Iesu ꝓuolutus recūbā cū Maria/ illos rigādo lachrymulis: quas dulcedo contemplationis excuciat/ & uis: atq; ardor ingentis caritatis. MA. Facies sic te beatū Seraphim frater. Ipsa enim crebra in deum mentis ascēsio/ diligēsq; ac pecularis oratio: quotidiana præterea diuinorum meditatio qd aliud

est: q̃ uirtutum omnium parens & alũna? & earum deinceps conseruatrix & custos? Quid inq̃ aliud q̃ fundamẽtum quoddã spiritualis structuræ / ac nutrimentum: ex quo uiget / ac spiritum ducit religiosa perfectio? Quare te adhortor: (id etiã enitar / atq; contendam / quãtum mortalis ipse potero) ut tanq̃ uita fũctus cæteris rebus soli deo uiuas: sine quo inane ẽ omne quod uiuitur. SERA. Nulla iam res æque mihi est diffinita: uotis faueat pius IESVS & immortalis: tuæq; mihi opitulẽtur preces. MAT. Quoniam igitur uis contemplationis exposita est: si quidẽ placet: quæramus de reliquis gaudiis / & iis potissimum: quę in morte procreat sanctis hominibus spes illa amplissima futuri pręmii / sempiternęq; mercedis: quæ quidem malis nulla est: bonos uero tanto animo esse cogit: ut non tanquã malũ mortem ipsam aspiciant: sed ut malorũ oĩum terminũ / ac certũ quoddã sẽpiternę fęlicitatis initiũ. Nã quẽadmodũ ualitudinis causa potiones amaras auide animoseq; sumimus: ita qui pie iusteq; uixit. nihilq; commisit: quod aut consciẽtia

Gaudiorũ. rõ ĩ morte.

metuat/aut uirtus excludat: uenientem in se mortem paratus/ac lætus excipiet: imo neq; formidabit illi obuius: & contra (ut poeta ait) audentior ire: & horrori/ultimis terribilibusq; suppliciis stipendium illud propheticum anteponere. Cum dederit di lectis suis somnũ: ecce hæreditas domini. Iubebit eũdem etiam fęlicia cogitare: obliuisci uero malorum pollicitatio illa euãgelica. In illa die gaudete & exultate: q͞a merces uestra copiosa est in cęlis. SER. Fateor in tota philosophia nullã unq̃ uocem certiorem emissam: q̃ ueterem illam/ & in ore omniũ habitam. Maxima pars securitatis est/nihil inique egisse. Sed neq; ullum alia quacũq; de re sanctius uadimonium in diuinis sermonibus datum: q̃ ꝙ impossibile est/eum malum exitum subiturum: qui uitam innocentem impollutamq; peregerit. Sed illud nescio admirer ne/an paueam: ꝙ pleriq; sanctissimorum hominum acturi ultimum spiritum: uidẽtur quidem/ut est sæpe compertum/mortem nõ dicam optasse: sed odisse. Illos desperatione quadam nõ nunq̃ uidimus ipsi ĩ crucifixum expuere/imaginesq; sanctorũ. Impatientes uolutari

DAVID

No. et fa bn: —

Impossibile ẽ bene uiuere: & male mori.

quare in sanctis in morte mortem odio habent et Christum [illegible]

lectulo: unguibus pedibus uniuersa cōcul
care: & dentibus mordicus lacerare: se auer
tere a salutaribus assistētiū monitis: ecclesię
uitalia sacramenta reiicere. Vt possunt blas
phemias interdū: & nepharia uerba balbu
cientes īfremere: ut nō tā spiritū deo redde
re q̄ aīam indignabūdi proiicere uideanť.
MA. Potes siquidē taliū mortē expauesce
re: tibiq; leuiorē comprecari. Sed certe eius
modi admirari nō debes: cū sane id naturę
tantummodo/sensusq; sit. Ratio uero ipsa
tum iaceat ui morbi sepulta: & mētis acies
succūbat expugnata doloribus. Neq; fęda
illa atq; maledicta uolūtati ascribēda sint:
sed furori. Idq; eis/aut ī uenialiū expiatio
nē: sine qbus uita non duciť: aut certe ad
gloriæ cumulū clementissime bonitas diuī
na pmutat. Id etiam puenisse sępe credide
rim ex tētatore diabolo: qui postrema uita
fungentibus nobis se se tanq̄ leo rugiens
offert: ut oēm spem & aīum frangat: ipotē
tesq; submittat: quēadmodū cupiā ex re
gularibus nostris/ homini qdē iustissimo
accidisse nouimus: qui ubi p sūmū furorē
in obiectā crucē sæpius expuit. Meliuscule
tandē se habēs/ atq; trāquillius suspirās/ &

Exēplū mo
riētis cano
nici

collachrymās. Te uici Demon īquit/ & au xilio occurrētis dei iā parta ē mihi reqes. Nō queramus igit̄ dū iudicio caret: qd cogitet: agat: ac loquat̄ infirmus. Nā pinde atq; in amentē/ & phrenesi pcitū culpa nō cadit: ita extrema hęc gaudia de qbus fuit sermo/ nō cadūt in quenq̄: nisi quoad ille potest iudicare de rebus. SERA. Assētior quippe sine ratiōe/ atq; iudicio/ aī gaudia plene gustari nō posse. Contra uero in illo q sapit/ ea esse q̄ maxima. MA. Venit igit̄ ad exitū res. Itaq; habes & uiuēs & moriēs quomō gaudeas. Deo āt benefauēte habebis in crastinum quomodo ī cælesti domicilio/ ac gloriosa illa patria penniter sis gauisurus. SER. Res ut dicis ad exitū uenit: & quidē oportune: Iā. n. crepusculū est: & hesperus micat. Sed te rogo p deū/ quę hodie pridieq; disputauimus/ diligenter memoria teneas: ut p ociū ea litteris mandes: quod erit mihi multisq; sēpiterno solatio.

e notte in uolgar

SECVNDA
DISPVTATIO
FINIT

MA.

TERTIA DISPVTATIO INCIPIT


TSI NON DVBITO non nullos admiraturos: q̄ ego in quo non modo egregium: nihil ē oratoriæ facultatis: sed neq; aliquid proximum eloquentiæ uel mediocri: de gaudio uitę beatæ/ & decore domus dei ausim disputare: atq; ea suscipere: & ut petis/ litteris deinde mandare: quæ philosophorum ueterum ingenia nunq̄ attigere: aut quæ certe nostri catholici/ uiri quidem doctissimi/ atq; sācrissimi cum attigissent: ut ea nobis puia deīde facerēt/ nō mediocriter desudarunt. Cogit me tamē beniuolētia/ caritasq; inter nos mutua: ac præcipuus ille tuus in res diuinas aī ardor carissime Seraphim: ut hoc munus aggrediar: maius forrasse/ q̄ meę uires sustinere queāt: aut ingeniū polliceri. Eteni cum non sim nescius/ fortius se īmittere auribus/ atq; influere in animos disertam/ & ornatā ueritatem/ q̄ rusticanam & simplicem: tantasq; uires habere eloquētiam: ut nihil sit tam incredibile quod nō

dicendo fiat probabile: tamen intelligens
te auditorem ea moderatione animi esse:
ut magis studiosus sis noscēdę futurę bea
titudinis tuæ/ q̄ litterarum discendarum p
cupidus: nihil aliud q̄ aures demulcentiū/
uicor tuis uotis/ & q̄si uiolētas manus (ut
ita dixerim) inferri mihi pmitto. Potes. n.
iam ppe tuo iure utcūq; me uti: ubi possit
id culpa uacare. Itaq; suscipienti mihi hoc
opus/ ut rei tātæ ueritas illucescat patefac
ta: sūmum illius regni ac beatitudinis con
ditorem inuoco Deū optimū maximum:
omnisq; cęlites comprecor: sed maxime te
pater Aureli: speciosissimū nostri huius or
dinis caput: & qui huic templo præsides/
diue Leonarde: Lectores uero illos: q nō
tam mella/ q̄ colores ex floribus spectare
solent/ exoratos etiam uelim: ut si quādo
nostra hæc ediderimus: eaq; illis legisse cō
tigerit: sine morsu prætereāt: nosq; sine sto
macho sinant sitim nostram riuo puritatis
christianæ sedare: suā uero i pompa extin
guāt: si possunt: aurato fonte gentilitatis.
Quibus etiam animaduertendū illud erit:
ista nō tam facile/ tāq; elegāter dici posse:
ut cętera/ quæ suscipere solet orator: esseq;

Oratio

Ad lectores

horum narrationem strictam/ macilentam interdū & sinuosam: nec apertā omnibus satis. Idq; non uitio! sed magnitudini rei ac mysterio fidei esse ascribendum. Nō tamen dixerim/ rebus diuinis eloquētiā esse detrahendam: sicuti neq; formosæ mulieri naturalem sui capitis comā: cum sit nulla tam elegāti corpore: quam si decalues: nō continuo sordida ac deformis uideat̄. Sed neq; dixerim sublimia illa/ atq; cælestia ad oratorum leges & imitationes penitus esse cōponenda. Interdū siquidē ipso oratorio dicēdi genere aliquid multo sublimius postulāt: excedensq; omnē mortalis eloquii uim/ & facultatē: quale fuisse in Prophetis nōnunq̄ iudicandū est/ & in Paulo: quem quotiēs Diuus Hieronymus legeret: se dicit nō uerba audisse: sed tonitrua. Interdū est etiā ut dici solet/ sub paliolo sordido sapiētia: & nucleū sapidū obtegit arida testa. Quod idcirco fieri necesse fuit: ne summa illa ueritas & archanū fide i p humanā sapientiā fucūq; uerborū puenisse ad nos putaret̄. Ceterū ut ad nostra tēpora ueniamus: q nūc se theologos ꝓfitent̄/ non tam fulgētibus armis/ q̄ fortibus dimicāt: quæ

p ecalvar: i: Josare

Sublimitas eloquii diuini

Paulus

Hierōymus

Quare diuina scriptura ē humilis

Arma fortia theologorum

rentes magis quod uerissimum sit pbare: aut certe defendere: q̃ cultũ linguæ: & orationis ornatũ cõmendare. Ego uero tã&si luculentã illam & ppolitã orationẽ præsertim hoc loco de me polliceri minime possum: operam nihilominus dabo: ne in horridam illam: acerbã: rigidam: nodosamq; incidam. SER. Debeo tuæ humanitati plurimum: ꝙ me uelis tantũ de te posse: quãtũ nullis meis erga te meritis: nulla uirtute: nullaq; dignitate uidear promereri. Verũ illud admiror: ꝙ hodie ad tertiam hanc disputationem tam timide ueneris: quasi ista cum disputata erunt: non possis: si uoles: ea ipsa tute: atq; honorifice edere: ut alia alias sępe fecisti: quę permultis cara extitere: & ubiq; honeste sunt habita. Nam si poetæ turpes amores canere: & ciere animos fabulis: constipareq; theatra cõcedit̃: Si Oratoribus: Dialecticis: Medicis: Astronomis: & huiusmodi artificibus reliquis facultas est de suis dogmatibus disserendi: quis tandẽ nobis iure succenseat: aut offẽsa aure nostra hæc religiosæ uitę solatia ferat. MAT. Cogitãti mihi quãdoq; quãta est quorũdam legentium impia nescio ne

Pessimũ lectorũ genus

dicam seueritas/an seuera impietas parcentium memini: ut plus illi scisse uideanẽ: insurgit quędã scribẽdi desparatio. Videas plerosq; sibi sciolos de inelegãtia latini sermonis/de gemĩata littera: de aspiratiõe dictionis: de diphtõgo: de põctiõibus: & huiusmodi minimis sũmos etiã uiros/ atq; doctissimos supstitiose carpe: cũ illi certe infantissimi sint plerunq;: qui neq; sufficiãt ad inuentionem decẽ linearum: quorũ temeritatem atq; stultitiam neq; effugit sãcta illa & admirabilis Cypriani: Lactãtii: Hieronymi: Augustiniq; facũdia. Sed neq; satis sal

M. Tullius

uus semp fuit. M. Tullius/totius eloquen

Virgilius

tiæ fundamentũ & gloria: ac Virgilius Maro diuini pene carminis auctor. Iã passim in adiscentium manus plures cernimus inuectiuas: q̃ pbatas epistolas: atq; optimas ueterum editiones. Iãq; ad nos manauit ea

Paulus

temporũ pestis: quã pręuidens Paulus ita prędixit. Erit.n.tempus/ cũ sanã doctrinã non sustinebunt: sed ad sua desyderia coaceruabũt sibi magistros pruriẽtes auribus: & a ueritate quidem auditũ auertẽt: ad fabulas uero cõuertenẽ. Et certe quid fabulosius: quid inanius: q̃ in tantũ parua hæc

minimaq; rimari/ ut nūq̄ ad meliora & excellētiora ueniatur? aut aranearū more sic muscas sectari: ut nunq̄ ceruus agaт̄/ aut aper? SER. Inuidorū sane/ seq; ītēperate: ac nimis amantiū est iste morbus: quos neq; tu multum debes existimare. Quis nesciat uel mediocriter doctus ipsam grāmaticē & præcepta dicēdi non quasi leges immutabili esse necessitate cōstricta? Vnum Ciceroni: alterum Crispo. Vnum Donato: alterum Prisciano magis placuisse. Et quod uni familiare est: & quasi uernaculum alteri inusitatum esse. & peregrinum? Non. n. rogationibus plebis ue scitis/ ut ait Quintilianus/ sancta sunt ista præcepta: Sed de his maledicis atq; stultissimis hominibus satis: Ad nostra se uertat oratio: Quid est ipsum gaudium sanctorum ī patria? MA. Vita beata. SER. Quid est uero quam dicis uita beata? MA. Rem magnam inquiris: nec dū a quoq̄ mortaliū (ut arbitror) satis diffinitam. SERA. Quoniam enī oīs quæ de re aliqua suscipitur disputatio/ ut Ciceroni placet/ debet a diffinitione proficisci: uisum est mihi inde initium quærēdi facere. MA. Recte tu quidem. Id. n. impri

Quītiliāus

Cicero

mis sequi conuenit: presertim cum possit. SER. An nõ potest? MA. Potest uero: sed ĩpfecte ac difficulter. SER. Diffinias: ut ip sa res patit̃. MA. Vis ne incipiã a philoso phis: deĩceps nostratia cõnectã? SER. Deli ramẽta mihi uidẽt̃/ & sõnia: quę hac de re philosophi diffiniere: atq; audita iã milies Ex oĩbus tamẽ illi nõ nihil dixisse mihi ui dent̃: qui ĩ uirtute sũmum bonũ/ aut in co gnitione naturę/ ac primę causę rerũ posue runt: q̃q̃ omnino ueritatẽ non deprehẽde runt: quoniã sũmũ ĩ se bonũ uirtus nequaq̃ habet: sed uehiculũ magis dicẽda est: sine quo ad illud pueniri nõ põt. Nã cũ uirtus uno tepore homini pbo ac sapiẽti oĩa gra uia: infesta: horrida: tristia possit imperare/ quomodo uirtus erit uita beata? Nã quod acerbissimũ est/ & erũnæ ac cladis plenum/ absit pfectã fęlicitatẽ esse q̃s dixerit. Quæ eni molesta sũt: ea nõ mõ beatitudini non simillima: sed aduersantia/ ac contraria po tius dicẽda sũt. Contẽplari quoq;/ & rerũ cognoscere causas neq; sũmũ bonũ esse cẽ sendũ est: quoniã in eo laboriosa homini occupatio est: & diuturna animi afflictio: uigilias: studia: multas difficilesq; discipli

Virtus nõ ẽ sũmum bo num

Speculatio neq; ẽ sum mũ bonũ

nas postulās: quibus omnibus cum pleriq;
philosophi uel ad curiositatem/ uel ad glo
riam inuigilassent: nihil aliud tandem sūt
assecuti/ q̄ q ut dici solet/ & oleum perdide
rūt/ & operam: Suntq; eorum assertiones a
christianæ sapiētie doctis & dono quodā
prouidentiæ genitis explosæ/ ac ludibrio
habitæ. MA. Vnde hodie est tibi philoso
phia tā grauis: qui philosophos maxime
uenerari soleas: & iis quasi inuentoribus
rerum & principibus ingeniorum laudem
attribuere prope diuinam? SER. Illud etiā
modo sentio ut philosophia nihil sit ma
ius: nihil excellentius: sed neq; diuinius:
modo illa se totā uertisset in deum: neq; tā
mortales honores: q̄ Dei testimonium &
creatoris gloriam queritasset: ī quo quidē
omnium illorum turbam nimis impie deli
quisse Apostolus ad Romanos scribēs ap
te demonstrat. Reuelatur inquit ira dei de
celo super omēm impietatem & iniustitiā
hominū eorum: qui ueritatē dei iniustitia
detinent: qa quod notū ē dei: manifestū ē
in illis. Deus. n. illis manifestauit. Inuisibi
lia. n. ipsius a creatura mūdi p ea quę facta
sūt: intellecta cōspiciunt̄. Sēpiterna quoq;

Paulus in phōs

uirtus eius/ac diuinitas:ita/ ut sint inexcu
sabiles:qa cũ cognouissẽt deum: nõ sicut
deũ glorificauerũt:aut gratias egerũt: sed
euanuerũt in cogitationibus suis:& obscu
ratum est insipiẽs cor eorũ:dicentes se esse
Hierõymus sapientes/stulti facti sũt:Multo acrius Hie
Aristoteles ronymus ĩ Aristotelẽ tonãs:Attẽde inquit
& tu fatuorũ sapientũ prĩceps Aristoteles:
etiã si fueris absq; dubitatiõe ꝓdigiũ:gran
deq; miraculum in tota natura:cui pene ui
deꝛ̃ infusũ quicquid naturaliter capax est
hominũ genus: quoniã sapientia mundi
huius stultitia est apud Deũ: si caritas nõ
informat: si intellectus non captiuaꝛ̃ ad fi
dẽ:si cor ad christi seruitutẽ non inclinaꝛ̃.
Quare nisi tu melius qd cõpertũ habeas:
ut forte habes:ab his discedamus. MAT.
Cicero Habeo nihil/præter Ciceronẽ:qui & si quã
do captus fortasse dignitate uocabuli: cũ
stoycis uirtutem ipsam summum bonum
esse putarit. In quĩto tamẽ tusculanarũ quę
stionũ libro. Videamus inquit/ qui dicẽdi
sint beati. Equidẽ hos existimo:qui sint ĩ
bonis nullo adiuncto malo. Neq; ulla alia
huic uerbo:cũ beatũ dicimus/ subiecta nõ
tio est:nisi secretis malis omibus cumulata

bonorũ complexio. Hãc aſſequi uirtus! ſi quicq̃ prærer ipſã boni ẽ/nõ poteſt: Præclare tu quidem Cicero/atq; fideliter: ſi ubi cumulata hæc bonorũ cõplexio/ab oĩbus aduerſantibus ſeiũcta inueniri poſſet: docuiſſes: quod certe fugiſſe te/ uel ex eo maxĩe credi poteſt/ꝙ cũ eodẽ libro de uita beata cũ diſcipulo diu multũq; diſputaſſeſ: Habes inquis quę fortiſſime de uita beata dici putem: & quomõ nũc eſt: niſi qd tu melius attuleris. Cui mox diſcipulus. Meliuſ quidem afferre nihil poſſũ. Quomõ nunc eſt dixiſſe putãdus es: ꝙ ignorares qualis futura eſſet poſt aduentũ glorioſũ ſaluatoris in carne: ac ubi: quãdo: & a quo dari ea beatitudo poſſet/uacua oĩbuſ malis: boniſ uero oĩbus affluẽſ. Verũ oĩbus his philoſophorũ ſentẽtiis omiſſis: in qbus tamẽ multa ꝓbanda: multa etiã utilia ſũt. Modo ea curæ ſit elicere. Veniamus ad bonum illud quod exquirimus: quod totũ poſitũ eſt in ea ſũma fęlicitate/ ac pleniſſimo gaudio: quod nõ de creatura: ſed de creatore concipit̃. Quæ quidẽ tanta res eſt: tamq; omnis mortalis ingenii uires excedens: ut quod ante iam diximus: neq; diffiniri: neq; ſatis

Cicero

Isaias possit intelligi: quoniã ut suo Isaias testat̃ oraculo: nihil eorũ oculus uidit: aut auris audiuit: aut ĩ cor hominis ascendit: quę parauit deus iis: qui diligunt illum. Maiores tamẽ nostri hanc uitã beatam agressi/pluri fariam sunt contẽplati. Atq; illã Vates idẽ sãctissimus Isaias cõplexus ẽ serie hac speciosa uerborum. Deliciis affluens ab oĩmoda gloria eius: & uidebitis & gaudebit cor uestrũ: & ossa uestra quasi herba germinabunt: Et.n. cum nihil/ nisi quod ꝑfectum cumulatũq; ĩ suo genere est/delicię appellari soleat. Idq; tãtũmodo quod huiusmodi est: delicatum/aut deliciæ dicit̃. Qua rõne principũ sui sæculi Titus/uel philosophorum Plato: uel etiam prædicatorum oĩum noster Paulus deliciæ appellati sũt: ꝓinde deliciarum affluentiam cecinit: quo illic tota esse putaretur gaudiorum/ perfectiq; cõplexio. Simul cum nihil habendum sit ĩ eo genere: ĩ quo fęlicitatẽ esse dicimus: quod possit amitti: aut uetustate confici: aut certe immutari: quod etiam tutum non sit: in expugnabile septũ atq; munitũ/uoluit certe: quod erat ab oĩmoda sũmi & ĩmortalis dei gloria/tanq̃ ex penni plenoq; fõte ista

Quid ẽ deciũ aut Delicatũ

Titus

Plato

Paulus

omnia gaudia manare: Cæterũ cumdupli ci hominem cerneret natura constare·Spiri tuali.s.& incorruptibili ac intelligendi uir tute predita: quę certe animus est: & corpo rali quoq3: quæ animalem naturam & cor ruptibilẽ capit: ut esset homo ex omni par te beatus. Videbitis ĩquit: & gaudebit cor uestrum: quod affectiõis tantum propriũ esse: atq3 animi potest. Et ossa uestra quasi herba germinabunt: quod conuenire non nisi corporeis sensibus dici fas ẽ. Hãc etiã uitam beatam/omnia fęlicia continentem tristia uero excludentem. In homine autẽ ita ut beatus totus sit receptam immorta litatem gloriosam Lactantius uocat. Di uus Aurelius noster negat enuntiari posse: quibus referta sit bonis. Quę uero ĩ ea ma la nõ sint/ posse facilius dici: quoniã certe nihil mali ĩ ea cogitari põt: boni uero tãtũ q̃tũ nulla ẽ cogitatio capax. Seuerino talẽ esse placet: ut exclusis a se oibus malis/bo na uniuersa possideat: statusq3 sit omium bonorum aggregatione perfectus. Ambro sius: Damascenus: Anselmus: Bernardus: Augustinus iterum ac sępe/& uniuersæ de niq3 theologorum scholę/ut breuiter dicã

Lactãtius
Augustinus
Seuerinus
Ambrosius
Damascẽus
Anselmus
Bernardus

censent stabili illo fixo ac pmanēte bono increato, idest glorioso deo uitam beatā contineri. Cuius qui compotes fiunt: beati sempiterno sint, ē necesse: cum eorū beatitudinis sit origo ppetua. q̄ si beati: & illud consequēs est: ut sint omnibus molestiis uacui: metu: atq; ignauia. Quid prosequor plura? quando eundem ppe sensum omnia catholicorum hominum atq; sāctissimorum scita contineant. An non magis distribuerimus singillatim (si modo iam tibi uideť) quid fęlicitatis p se animus capiat: quid ue corpus? SER. Quid. n. istorum eiusmodi est: non modo ut dicas ex pecto: uerum & flagito. MA. Vt primum humanus animus subtractus his corporis nexibus, ac terrenis labibus ad parētē suū & creaturæ omnis opificem: unde semel pfectus est, redierit: tum illius aspectu frueť beatissimo: in quo est illud præmium gloriosum & sempiternum: quod uisionē uel cognitionem theologi uocāt: de qua etiā ad nos ē euāgelicū illud. Hæc ē uita ęterna ut cognoscāt te patrē, & quē legatū ad nos misisti unigenitū tuum. Atq; illa nō obscura uox Pauli: Nos uero oēs reuelata facie

Paulus

5 9

gloriam domini ſpeculanteſ in eãdem ima ginem tranſformamur a claritate in claritatem. Et ipręclara illa Auguſtini noſtri ſententia. Tota merces eſt uiſio. Euecti ęnĩ ſupra ſe ipſos/facultatemq; naturę: quæ cum finita ſit æternitatẽ non capit. Lumine quodam gloriæ ac mirãde claritatis ſublimem illam dei maieſtatẽ intelligent quicũq; beati ꝑ captu ſingulorũ etiam pleniſſime: quę res tanto eos gaudio replebit: ꝙ ſane ſi dari fas eſſet/ut i tartareis ignibus qs eſſet iã beatorum: is nihil pęnarũ ſuppliciorumq; ſentiret: uſq; adeo eſſet omnis dolor ſupatus a gloria: & gaudiis cederẽt triſtia. Quę certe fęlicitas/ſi tibi ampliſſima & cumulata/ut ẽ ita: uidet̃: iã ꝓgrediamur ulterius. SE. Id ſane ſic eſſe duco. Sed tamẽ quoniã ꝑ captu ſingulorũ oĩs ſãctos dicis eſſe fęlices: noſſe ante cætera cupio: par ne ſit gloria hæc: adeo ut æque ſit quiſq; cõtentus: an alter altero præpollet? MA. Impar quidem ea eſt: ſed tamen tanta cuiq;: ut ſit ille contentus. SER. Id. n. qua ratiõe fieri poſſit nondũ intelligo. Si. n. illa gloria ſanctorum nõ eſt in omnibus tota atq; par: cõtra negandũ eſſe uidet̃: illos prorſus eſſe con

Auguſtinuſ

An ſancti ſint ęq̃ beati cõtentiq;

tentos: ac dici posse pbeatos: aut si beatos dixerimus, necesse esse eq̃tis illos beatitudinis gradibus frui: cũ excedés pręmiũ atq; deficiens beatitudinis culmẽ, ac pfectionẽ excludat. Cũ. n. beatitudinẽ ultimũ hominis finẽ esse dicamus: uidetr & illud consequens esse: ut nihil præterea supsit: quod uel cõsequi: uel cupere: qui beatus dicatur possit. Quid enim ea re erit ulterius: quæ omniũ ultima est? aut quid reliquum boni citra se fecit: qui sũmum bonum est assecutus? Atq; sic etiam sacro & excellẽti euãgelii testimonio æquabilitas pręmiorũ ostenditr: ubi p spẽm patrisfamilias oparios dominus in uineã mittit. Alios quidẽ prima diei luce. Alios tertia. Alios sexta: nona: undecimaq;: & omnibus tamen, ubi aduesperascet, singulum denarium uiritim i meritum tradidit: quem cum accepissẽt illi ipsi: qui a primo diluculo ptulerant pondus diei, & æstus conquesti acerrime sunt: quibus quid tandem tristamini paterfamilias inquit? Non ne ex denario diurno conuenimus? Volo autem his nouissimis dare quãtum & uobis, An oculus uester nequã est: qa ego bonus sum? Sic erũt nouissimi

primi: & primi nouissimi. MA. Satis tu quidem & prudēter, & acute mihi uisus es dubitasse difficultatemq; magnis sentētiis & grauibus confirmasse. Sed non tamē ut uisa tibi est res: ita se habet. Quis. n. qui deū iustū esse crediderit: ut omnino esse oportet: & credi: audeat affirmare eundē omnibus, ut meriti sunt: p dignitate cuiusq; nō redditurū? in quo quidem ppria est diffinitio distributiuæ uirtutis? Hic uetera exēpla requiro. An unus dies, quo latro confessus est saluatorem suum damnatum in cruce, & Moysi & Heliæ & multorū sāctissimorum hominum æquabitur totis ætatibus? cum ille una hora peccata gemuerit: horum poenitentia per omne uitæ spatiū nullū finē gemitibus fecerit? Veteres illos patriarchas: pphetas: apostolos: martires: anachoritas: mōachosq; i qbus mihi uidet̄ fuisse specimē totius sciētatis, icōcussaq; aī ppetuitas: ac p fide diuturna laborū ppessio. Nō anteponemus iunioribus uita exigui tpis fūctis? aut paruulis uno momēto ab Herode necatis? q̄q̄ etiā oēs laborasiēt eodē tenore & pari forma uirtutis? Atq; ut etiā gētiliū exēpla cōsecter. Nō ne legimus

Dentatus L. Sicinium Dẽtatum qui tribunus plebis centies uicies pręliatus: cicatrices quinq; & quadraginta aduerso corpore ꝓ re Romana excepit: nullas uero unq̃ auerso. Donatum coronis aureis: argenteis: muralibus: obsidionalibus: ciuicis: pluries atq; sæpissime/ Torquibus: armillis: hastis: phaleris: & huiusmodi insignibus militaribus pene innumeris? Sed & phisco ære ditatũ? Egisse præterea cũ impatoribus suis triũphos plu

Brutus rimos? Et Bruto liberatori patriæ: & fundatori libertatis dicatam in urbe statuã/ atq; illud inscriptum: Vtinã uiueres Brute? At

Oratius co. uero Oratius Cocles &. Q. Mutius Scęuo

Q. Mutius la: quorũ alter suo piculo patriam manifesto exitio liberauit? cum obiectu corporis aditũ pontis irruentibus hostibus interclusit: donec a tergo pontẽ abruptum esse fragor insonuit. Alter ante conspectum Porsenę Regis dexterã sibi torreri sine gemitu pertulit: Romanũ esse dicens: & agere posse/ & pati. Et reliqui impatores fortissimi: quorũ uirtus eximia diu fuerat domi/ militiæq; cognita/ nõ ne celebriores extitere: & honoribus lõge maioribus habiti: q̃ reliq ciues Romani/ etiã optimi & honestissimi

uiri: q̃ nullas res tales gesserunt / tamq; præ
claras? Hic sane Paulũ nostrũ audiamus: ĩ Paulus
cuius adhuc mortale pectus ueritas archa
norum summi dei e cælo defluxit. Alia est
ĩquit claritas solis: Alia claritas lunæ: Alia
est claritas stellarum: Et stella differt a stel
la ĩ claritate. Sic erit resurrectio mortuorũ.
Quo uero alio sẽsu / nisi q̄ cælestis illa bea
titudo diuersis secernitur gradibus: illud
euãgelicum legimus. In domo patris mei Euãgeliũ
mãsiones multæ sunt? Siue quod alio loco
de ueris præconibus dicit̃. Qui fecerit / &
docuerit: hic magnus uocabit̃ ĩ regno cæ
lorũ? Atq; illud etiã Danielis. Qui autem Daniel
docti fuerint / fulgebunt quasi splẽdor fir
mamẽti: & qui multos ad iustitiam erudie
rint: erunt tanq̃ stellæ in ꝑpetuas æternita
tes. Satis etiã quadrare huic loco Aristote Aristoteles
lis sententia mihi uidet̃: qua censet: aduer
santia sibi / atq; cõtraria una ratione depre
hendi: & utrorũq; eandem esse disciplinã:
ex quo fit / ut cum apud demonas damna
tis / uel purgatorio loco expiandis / ex qua
litate facinorum uaria atq; multiformia pę
narum genera præscripta esse dicamus: ita
contra: & superum pręmia distinguamus.

Thomas Aquinas

Sed ne quid amplius animum tibi ancipi
tem faciat: ut placet Aquinati nostro, uiro
quidē sūmo ingenio, atq; sanctissimo: arbi
tror esse dicēdū: cū de beatitudine capiūda
loquimur: si eā intelligi uolumus: nō ut in
nobis recepta est: sed ut ī se ipsa cōsistit ac
uiget: quę quidē deus est: & rationalis ge
neris ultimus finis! tum certe ut ipse ꝓba
bas: eā ipsam ęque ab omibus capi. Hic de
nariū illum diurnū singulis numerari. Hic
extremā suam metā atq; limitē omnes atti
gisse. Hic īmortalis præmii, ac supremi gau
dii, boniq; ultimi: in quo desideria cōquie
scant, omnes cōpotes esse. Sin aūt ipsa bea
ta uita nos spectat: & eam dūtaxat quēad
modū ī nobis futura ē! meditemur: æqua
in oībus atq; simillima nequaq̄ dicenda ē:
sed ex meritis terminā̄da: ut deū uideat al
ter altero clarius: ardentius amet: strictius
cōplectat̄: eoq; suauius & fruat̄, & delecte
tur: modumq; uidendi Solis imitari uidea
mur: in quē quisq; nō æque ualet itendere:
sed ex oculi puritate. Et cū hoc simul oēs
tamen sunt beatitudinis pleni: menteq; trā
quilla: quod ut theologi probent: similitu

dines induxerunt. Quærentes nũ dici de
beat uas exiguũ tam plenũ/ atq; igens/ cũ
est utrunq; confertũ: plus ne liquoris affec
tet sciphus cum plenus sit. q̃ inundãs am
phora: Aut sane cũ diuersos uiderimus ho
mines: alios quidẽ magni corporis: alios
exigui: mediocris nõ nullos: eos tamẽ oĩs
itidẽ purpuratos: consimiliq; ornatu cõpo
sitos: non dicemus exiguos illos ita splen
dide amiciri: & tam elegãti corporis cultu
incedere: q̃ cęteros illos uel maiores se/ uel
supra se mediocres? An nõ erit quisq; suo
amictu/ suoq; splendore æque contentus?
SER. Deus bone ꝑ q̃ dilucide hoc dubii
mihi aperuisti. Sed ꝑge si placet ordine cer
to explicare: quæ nã quam doces/ est ista
uisio: Aut quomõ uideri deus potest: qui
ĩuisibilis omnino ẽ: natura simplicissimus:
compositione uacans materia atq; colore:
MA. Cũ. n. uisionẽ nominamus: nõ eã dici
mus: qua simulacra quędã/ ac species eorũ
quæ uideri queũt/ cernimus: quæq; uidẽdi
facultatẽ ex oculis/ iisq; cõiũctã ac cõtinua
tã uel Solis/ uel alterius generis claritatem
postulat. Quomõ. n. iam beatitudinẽ cõse
cutos diceremus sanctorum animos: qui

exuti corporibus multis iã ſeculis in cælũ aſcenderunt: ſi nullã ſine oculis beatitudinem cernerent? Eſt quidem preter corporis organa animis hominũ uis quædã attributa diuinitus: & uigor neſcio quis admirabilis: ſupraq; naturæ leges: ſẽpiternæ illius ſublimitatis dei/omniũq;/quæ celo cõtinẽtur capax: cuius i archanis ſcripturarum ẽ multiplex mentio: Sed nulla eo Dauid' uaticinio clarior. In lumine tuo uidebimuſ lumen. Huius. n. luminis claritate ſãctorum mẽtes corporali etiã/ut diximus/exutæ natura glorioſam ſũmi dei maieſtatem ituentur: ſimulq; & apprehendũt: & colunt. Ex quo triplex ẽ illa premiorum diſtinctio: in qua tres animi dotes theologi ponunt. & eas quidem cognitionem: dilectionẽ: atq; inhæſionẽ appellant. Vt. n. fruamur aliqua re/ ſi qua tamen preter deũ/ fruendum eſt: & illam itelligere utiq; neceſſe ẽ: & itellectã amare: amata gaudere: & gaudium deniq; ipſum ſempiterno poſſidere. Nõ beant incognita: neq; quæ uel coli uel poſſideri cũ gaudio nequeunt: Intelligere & noſſe: optare & diligere: habere & tenere id omnino oportet: quo quis beatus ſit: aut dici poſ

Modus uidendi dei

Dauid

Quid iportat fruitio

ſit:quo in re pręcognita mens ipſa delecta
ta conquieſcat. SERA. Perpulchre de his
atq; etiam acute. Sed amabo nõ pficiẽ plu
ribus/aut potioribus dotibus aĩus? MA.
Beatitudinem animi ĩ tria illa genera: quæ
modo pſtrinximuſ pfecte/conſumateq; di
ſtingui ueteribus placet:: nec plura capita
generaliter dari. SER. Putabam quemad
modũ uaria & infinita pene hac in uita uo
luptas eſt:quę capiẽ ex aſpectu rerũ:quę
ſunt ĩ hoc pulcherrimo mundi ope:uel na
tura uel arte delectabiles:ita multo uberio
rem/multoq; numeroſiorẽ illã eſſe:quam ĩ
empyreo illo cælo capemus. MA. Id te ne
dum putare/ſed omnino credere/imoq; cõ
fidere uolo atq; iubeo. SER. Sed pfecto
quid eſt q nisi trinã facis diſtributionẽ: &
plura uis me credere? MAT. Pluribus de
cauſis triplicẽ illã diuidimus. Nam cũ præ
ſertim tria ſint illa genera uirtutũ:quę nos
ad parentẽ noſtrũ deũ excitãt:& ĩ cælum
uehunt:fides:ſpes:caritas:ut quod uiuen
tes fide credidimus in ſempiternam illam
gloriam tranſlati aperte uideamus: quod
ſperauimus/ſecure teneamus:quod exarſi
mus/ſuauiſſime amplexemur:perfectionẽ

Quare tres tãtũ aĩ dotes

ipſam gaudiorũ hac ſumus trinitate com plexi: Simul uero quoniam in nobis tres itidem animę partes eſſe compertum eſt: & illarum quidem aliam ĩtellectum dici: Aliã uolũtatem: Memoriam tertiam. Intellectũ arcem eſſe ſapientiæ: conſilii: cogitationis: & huiuſmodi reliquorum. Volũtatem eſſe recti expetendi: ac inhoneſti fugiẽdi: amo ris: religionis: pietatis: & ſimilium cauſam. Memoriam uero poſſeſſorem quẽdã adep torum eſſe: inuentorumq; theſaurum. Pro inde uiſionem intellectui rite cõgruere: uo luntati amorem: Apprehenſionem memo rie iudicauimuſ. Poteſt pręterea ad diuinaſ trinitatis perſonas numerus iſte referri. Vt ex his comprehenſio ſpectet omnipoten tiam genitoris dei. Cognitio geniti ſapien tiam. Dilectio ſancti ſpiritus beneficentiã. Et quanq̃ omnis beatitudo animi his tri bus colligi ſoleat: caue tamen arbitrere illã non eſſe multo maiorem / ac cumulatiorẽ: q̃ dici poſſit a nobis: cum ſiquidem in ſin gulo horum trium / quę diximus / tã uaria tam multiplex tam excellens & eximia uo luptas ſit: ut nemo extiterit unquam ſiue Arithmeticus: ſiue Geometricus: ſiue Ora

tor:siue etiam Philosophus: qui suis ad
auctis numeris arte ac simetria oratiõis co
pia: ingenio:studio: summaq; doctrina il
lam potuerit non dicam usquequaq; com
plecti: sed uel certe animo ac cogitatione
parumper attingere. Muta est enim uel cer
te exilis / & sicca / omnis facundia mortalis
ingenii: neq; ulli a sęculis omibus: uel exer
citatio uel natura tantam peperit dicendi
uim / aut flumẽ ingenii: ut in iis suscipiẽdis
exornãdisq; nõ uisus sit oĩo ĩfantissimus.
Nõ capit rẽ tantã fragilis & imbecilla mor
talitas. Speculator maiestatis inquit: Sapiẽs Salomon
opprimet̃ a gloria. Et Paulus ipse e tertio Paulus
cęlo restitutus ĩ terrã Vidi inqt nescio ĩ cor
pore / an extra corpus quæ nõ licet hõi loq.
Nulla ẽ.n. hõis sapiẽtia: si p se ad notionẽ
diuinorũ / scientiãq; nitat̃: Deo.n. soli maie
stas eius nota ẽ. Quare omittẽda ẽ præsẽs
ĩqsitio: ĩ quã quo magis aĩum intẽtionẽq;
cõuerteris: eo magis fies impitior: & his si
millimus: q lumina ptinacius figũt ĩ aduer
sos solis radios / aut cæli sydera / & oceani
guttas enumerare cõtẽdũt. Quid.n. aliud
ẽ ista / ut sũt penetrare? qd porro ipsa eadẽ
memoria continere: nisi quod fieri minime

potest: infinitum comprehēdere: & quasi Deum e uestigio subsequi? Nempe hic ubi habitamus: cum sumus in domo: quid in foro: aut uicina in ciuitate agatur: ignoramus: post terga nihil uidemus. Mens se ipsam non intelligit: Se ipsum neq; animus uidet. Sed neq; oculus se ipsum inspicit: qui cernit cætera omnia. Quid ergo tā mirum: si excelsa hæc diuina / & sempiterna

Augustinus

non capit / seclusa atq; abdita? Augustinū nostrum libenter hic audio / cælestia dicētē neq; fide capi: neq; spe attigi: neq; caritate cōprehendi. Excedere uero desideria ac uota sanctorum: acquiri posse: ęstimari non posse. Vitamq; beatam duobus necessitate constare: ut omnia bona etiam quanta cogitari nequeunt / habeat: malis uero omnibus uacet. Sed quanquā ista non uides: ut Deum ipsum certe non uides: ea tamen poteris ex inferioribus his / & adiacentibus rebus animo suspicari. Quem ordinem doctoribus sacris atq; prophetis seruare mos est: quādo obuoluti terrena adhuc corporis mole libero sensu ueritatem pcipere nequeunt. Tu igitur paululū pulcherrimam hanc orbis machinam aspicias Seraphim:

Ex creatura cognoscendus deus

& cælestè illud lumen/ splendidissimumq; candorem/ quem solem appellamus: & sydera: ac stellas/ ex ipso sempiterno solis fulgore micantes/ radiisq; accẽsas: quæ globosę &/ rotũdæ/ ac diuinis/ ut Cicero putat/ animatę mentibus/ celeritate mirabili circulos suos orbesq; conficiũt. Lunam quoq; in infimo orbe: quę cuncta quę infra se corruptibilia & caduca sunt: alternat/ atq; ciet: præter animos hominum: liberos Dei munere mortalibus datos. Deĩde speciem terræ eminentẽ ex aquis/ mundi centro ęquis ponderibus positam. Qua facie quidem sit: q̃ diuersis oris distincta. Quanta in illa frugum uarietas. Quot fluminum capita fluentia/ ac refluentia perpetuis uicibus. Quot animãtia ad hominis usum/ uel mũdi uniuersi pulchritudinem. Deniq; quanta pretiosorum lapidum/ gẽmarum/ metallorumq; diuersitas: Quid tandem humanum ingenium/ atq; illa solertia diuinitus hominum generi innata: ex qua tot inuenta: tot artes: tot studia: tot disciplinæ? Hæc igitur & alia inumerabilia cum cernimus: possumus ne dubitare: q̃n his cælestia illa

Cicero

ſint multo potiora atq; maiora? Nunc uero cum iſta fragilia hominiq; ſubſtrata ſtupẽtes intuemur: qualem debemus cogitare regionem illam cęleſtem: quę non conſtat ullis ſemĩnibus/corruptiſq; naturis? Qualem inquam illam regiam! ſi hæc caſula/ & terreſtre domiciliũ tam multa rerũ uarietate/ & ſpecie fulget? Si enim in mortalium uſum/ & ne tantum optimorum: uerum etiam,im proborum/ atq; malorum deus ipſe mundi parens tam claram lucem/ & cætera alia/ quæ diximus: multoq; plura ꝓduxit: q̃d uero luminis: q̃d claritatis; q̃d gloriæ: q̃d deliciarum deniq; ac pulchritudinis apud ipſum ĩ regno ſanctorum eſſe arbitremur? Atqui om̃ia hæc terræ bona/ quæ uel utilia uel ſpecioſa/ uel admirabilia uidentur hominibus: proculdubio ſic longe abſunt a comparatione cæleſtium: ut quam ſummã nos ſapientiam dicimus: ſtultitia: Quã bonam ualitudinem: mors: Quas immenſas corporis uires: infirmitas. Quas cumulatas opes: paupertas. Quod toto orbe auguſtum imperium: carcer. Quẽ poſtremo cantum: luctus iuſtius dici poſſe uideatur. Proh deus ĩmortalis/ ubi nã altius lumẽ in

genii/ atq; hominis ratio attolli potest: q̃ ꝙ deum ipsum/ & luminis eius claritatem/ ac plenitudinẽ uideat. Quod efficit/ut cæ tera omnia in sua origine/ ac proprio fon te uideãtur? Aut memoria quo nam pacto fęcundior esse potest/ atq; fęlicior/ q̃ ꝙ infi nitum teneat: fiatq; æternitatis capax? Sed ne etiam uoluntatem ipsam: quæ sedes amoris est: & sãctissimę caritatis: ulla ratio ne beatiorẽ possumus cogitare: q̃ ꝙ ĩ illius cælestis regni pace trãquilla & imota ꝑpe tuo conquiescat? Cuius quidẽ pacis spon sor Spiritus sãctus Isaiæ uaticinio nõ insua ui sic ait: Sedebit populus meus in pulchri tudine pacis/ & ĩ tabernaculis fiducię habi tabit cõfidẽter. O beata & admirabilis ui sio: que ĩter cælestes illas delicias nũc huc: nũc illuc alacer præuolat/ atq; uagat̃: & fir mo tamẽ mirabiliq; ĩtuitu potẽtissimi ac sũ mi Dei maiestatẽ: q̃tũ illa põt: cõtẽplat̃: de gustans diuinam illam æternamq; sapien tiam: & archana aperta cõspiciens: cui ape ritur liber: quem Iohannes in Apocalyp si clausum tenet septem signaculis: quem non est fas inspici: nisi ab eo: cui Christus Deus/ Dei uerbum/ & sapientia legendum

Isaias

Iohãnes

aperuerit. O flagrãs caritas: & igne diuino ſuccenſa: ac deo ſuo perpetuo nexu fruitu ra. O memorię noſtrę iucunda fęlicitas: & eiuſdem fęlix æternitas. O uita uitalis/ & permanens gloria: ac ſine fine triumphus. O agni honorabiles nuptiæ: & ſanctorum animorum ſolenne conuiuium: de quo il lud licet intelligi: quod ĩ Apocalypſi Iohã nes iterum inquit. Beati qui uocati ſũt ad cęnam nuptiarum agni. Atq; illud Iſaiæ. In die illa haurietis aquas ĩ gaudio de fon tibus ſaluatoris. Cæteraq; ĩnumerabilia & maxima/ quæ priſci cecinere uates: ex qui bus etiam multa hoc loco narrare poſſum: ſi te auctorum multitudo delectat. SER. Satis quidem quę dixiſti de his animi do tibus omnium ꝓphetarum carmina certa eſſe teſtanť: quæ cum antehac legerem: ob ſcura mihi aliquanto uidebantur: ſed iam ꝑuia reddidiſti. Quare niſi ꝗd magnificẽ tius memineris: id modo laudo: ut ad cor pora trãſeat oratio. MA. Magnificẽtius ha beo nihil: niſi forte quæ in hac cã argutius ac cauilloſius quæri ſolent: electa magnifi caq; dixerimus: a quo genere diſputatiõis

Iohãnes

Iſaias

62

longe abesse nostra solet oratio: aut sicubi eum morem secuti sumus: id sane fecimus cum acuendi ingenii: tũ ueri ĩquirendi gratia. Vbi uero ipsa cauillatio uerbosa nihil nisi inane strepit: hãc equidem quasi puerilem ludum/ & circulatorũ exercitationẽ studiose semp declinauimus. SER. Probe sentis. Sed anteq̃ de ipsa fęlicitate/ quæ corpora manet/ dicaꝛ: studeo ex te scire: quomõ ea ipsa corpora in fine sęculorum ex cineribus ad ęternitatem uitæ reparari queãt: pręsertim cũ natura repugnet operi. MA. Sapienter requiris. Vides. n. rem istam hæresibus abundare: quas si uis more diligentis agricolę primũ extirpabimus: deĩde quasi agro bene culto dumis/ ueprибusq; purgato semen illud/ quod est ĩ nostra hac ortodoxa sanctissimaq; religione ꝓbatum/ spargemus ac seminabimus: ut suis neruis ac uiribus uideaꝛ ueritas sustentari. SER. Nihil aptius/ q̃ ut falsa refutes: probes aũt certa: in quo sane tota dicendi uis/ & disputãdi ratio uersaꝛ. Quare te hoc ordine dicẽtem audire percupio. MA. De cõiunctione corporum mortuorum ad animos ab theologis ipsis diu/ multũq; agitata res ẽ: & mul

tis dispersa uoluminibus: ut hanc partem prosequi nõ satis facile sit. Sed quoniã de re etiã inter philosophos nõ parua dissen sio fuit: omittẽdi mihi illi haud esse uiden tur: q̃q̃ & istud non exigui operis sit: quo niam eorũ assertiones quasi somnia ac de

Bestialis opinio

liramenta a nobis refellendæ erunt. Ab iis igit̃ incipiamus philosophis: qui extinctis cadaueribus nullũ omnino ad uitã reditũ dari posse existimant: finem uitę beatæ po nentes sola corporis uoluptate constare: si mulq; aĩum p mortẽ extingui cũ corpore. Cuius quidem stoliditatis pręsertim inter

Aristippus Sardanapa lus No. Epigrãma

philosophos certus auctor est Aristippus. Inter Reges Sardanapalus: q moriẽs ut scri bit Cicero sepulchrum sibi ornari hoc epi grãmate iussit. Hęc habeo quę edi: quæq; exsatura libido hausit: at illa iacent multa & præclara relicta. Horũ quoq; simillimos

Saducei

Saduceos fuisse auctor est fõs ille sacer ue ritatis euãgeliũ: qbus oĩbus respõdere/ ita ociosum puto ac si belluis respõdeamus.

Lactãtius facete

Aristippo inqt Firmianus noster ne respõ dendũ quidẽ duco: quẽ in corporis uolup tates ruentem/ nihilq; aliud q̃ uentri ac Ve neri seruientem nulli dubium est hominẽ

non fuisse. Sic. n. uixit ut iter eũ nihil pecudemq; distaret: nisi unum q loquebatur. De isignibus uero Sardanapali titulis qd aliud inquit Aristoteles in bouis non i Regis sepulchro iscriberes? Satis quoq; superioribus disputationibus declaraui: ut opinor animum non esse solubilem: atq; idcirco nullis fortunæ aut corporis bonis illius beatitudinem contineri. Sed quicquid ab eo ut summum bonum expetitur i uno ac uero deo oportere constitui. Quod cum ita sit: quis est adeo demens: qui tandẽ futuram uitam hominum generi deneget: si non se pecudem q̃ hominem mauult? Porphirius uero/ ut beatus animus sit: quem perpetuum ac incorruptibilem esse fatetur/ exuendum se se omni corpore censet quasi uetere indumento ac sordido: quod aliter aspicere omnino nequeat: q̃ molestissimam sarcinam: quam semel cum abiecerit/ atq; fugerit: gaudeat: tanquã ex custodiis quibusdam liberatus: quas amplius subiturus sit nunquam. Isq; philosophus atq; eum postea secuti: ut hoc defenderent: totam hominis rationem argumentati sunt sola animi natura constare: qui corpore

Aristoteles

Porphirii opinio

uteretur perinde ac seruo malo: & ueluti lapicida scalpro ac maleo. Corpora ĩsuper oĩa a malo pĩcipio & complexione rixante esse statuentes. Spirituales uero substantias ab optimo sibiq; consentiente. Sed hi mihi nõ se satis/finesq; suos cognouisse uidenť: cũ animi inuicem corporisq; desideria apte declarent: præsertim in morte ægre diuelli ab altero alterũ: præterq; naturã id esse: ut cum anima ipsa sit forma: primusq; corporis actus: suo ꝓprio ac singulari semper munere careat. Quod mihi sane nõ minus absurdũ dictu uideť: q̃ absurdũ esset humanã speciem una cũ fine mundi funditus euertere atq; extiguere: cũ animus sine corpore certe homo non sit: sed tãtum hominis pars. Sed quoniã paulo post latius hoc nobis erit fortasse declarãdum: ad Pythagorã nostra se uertat oratio: qui sane tã pueriliter atq; ĩscite aberrauit q̃ magna fuit illius philosophi ꝑ id temporis fama/atq; opinio. Animos hominum dixit ꝑmanere post mortẽ: & prioribus exuti: mox se iterum nouis insinuare corporibus/uicibusq; ꝑpetuis tum hominũ/tum uolucrũ/tum uarii generis animãtiũ species subire: & earũ

Pythagorę opinio

corporibus cohiberi. Idq; ita placitũ Diis uel in meritum: uel in pęnam uitæ prioris. Carnibusq; nullo pacto esse uescẽdum: ne forte parentes/ carosq; suos epulari foede cõtingeret. Vnde Nasonis sũt illa carmina Ouidii carmina

Parcite mortales dapibus temerare nefãdis
Corpora. sunt fruges: sũt deducẽtia ramos
Pondere poma suo: tumidęq; in uitibus uuæ:
Sũt herbæ dulces: sũt quæ mitescere flãma
Molliriq; queãt: nec uobis lacteus humor
Eripit̃: nec mella thimi redolentia flore:
Prodiga diuitias: alimẽtaq; mitia tellus
Suggerit: atq; epulas sine cede & sãguie prębet
Carne feræ sędãt ieiunia. nec tamen oẽs
Quippe equs & pecudes armẽtaq; gramie uiuũt.
At quibus ingeniũ est imãsuetũq; ferumq;
Armeniæ tygres: iracũdiq; leones
Cũq; lupis ursi dapibus cũ sãguine gaudent.
Heu q̃tum scelus est in uiscere uiscera cõdi
Cõgestoq; auidũ pinguescere corpore corpus.
Alteriusq; animãtẽ animãtis uiuere leto.

Se quoq; Euphorbum anteq̃ Pythagoram extitisse dicebat. Vnde post illa quæ de abstinẽtia carnium præcepta dedit: de se tandem apud eundẽ poetã sic inquit.

Ipse ego nã memini troiani tẽpore belli

Panthoides euphorbus erã: cui pectore quõdã
Hæsit ĩ aduerso grauis hasta minoris atridæ.

SER. Quo. n. comento rem ut crederẽt in duxit? MA. Ex belluis arbitror: in quibus aliquid simile humanis ingeniis inesse cõ spiceret: quale in Bucephalo equo Alexan dri magni fuisse legimus: de quo illud ma xime indiciũ sensus humani memoratum est: ut quotiẽs bellum ineundum esset: præ ter Regem, sibi unq̃ insedisse passus sit ne minem. Qualem etiã his supioribus annis equum præstigiatũ prodigiosus quidam Nebulo apud illustrem Borsiũ Mutinæ du cem ferebaẽ habuisse: in quo illud esset prę sertim admirandũ: ꝙ sermonem ac nutum Nebulõis quasi rationis capax, sic accipie bat: ut non equo: sed puero uidereẽ iniun gi. Credo tũ cum suaderet ista Pythagoras equum istũ traxisset ĩ schola, atq; dixisset. En huc mẽs humana descẽdit. En ingeniũ obsequẽtissimi hõis. Idẽ quoq; fortasse do cuisset de picca: accipitre: simia: cane: cæte risq; huiusmõi solertioribus mutis. Sed res adeo ridicula est, ac puerilis: ut irrideri po tius, & exsibilari debeat q̃ refelli. Quis. n. ẽ adeo rudis, & mẽtis ĩopſ: q̃ cũ uideat hoc pęnitus negasse naturã: ut bouis aĩa se se ĩ

De Bucephalo Alexãdri

De equo mirabili

leonis corpus imitratur: aut in lupum pecudis sensus: non multo propterius sempiternas hominum mentes ac rationales animas modo in equo: modo in lepore: modo in uerme neget posse redire: cum inter se bruta similitudinem quandam habere: sibique in plerisque conuenire uideamus. Ab illis uero hominem infinitum omnino distare? Sed audi qualem ubertas illa cælestis ingenii Plato reditum animorum ad corpora ponat: quamquam ille philosophorum splendor cum cæteris inepte deliret. Disseruit ille sempiternos ante omnem creaturam esse animos hominum/ eosque ex primis corporibus reditum ad alia humana corpora cupere. Itaque reuerti denuo ad uteros matrum/ perque nouos partus hanc uiam intrare: Vnde Maronis illud ad nos deinde manauit. Platonis opinio Virgilius

O pater an ne aliquas ad cælum hic ire putandum est
Sublimis animas: iterumque ad tarda reuerti
Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?

Et ad firmandam hanc complendamque sententiam/ argumentum inducebat ex pueris: in quibus diuersa solertia: & multiplex uigor ingenii pronitasque ad artes & disciplinas capescendas appereret: ut non tum primum haurire illas: sed reminisci uiderentur: ex quo illud esset: ut alii militiæ: alii togæ: alii physicis: alii oratoriæ ab ipsis unguiculis essent magis idonei: & breuiter facilius

quisq; id recognosceret: quod ĩ habito an tea corpore peregisset. Sed utrũq; & humana ratio/ & litteræ sanctæ omnino falsum esse declarant: ut. s. æternus animus sit: & ex aliis corporibus ad alia trãseat. Nemo est enim si nõ penitus a ratiõe discesserit: qui quidem nõ unũ esse rerũ oĩum principiũ ĩ telligat: unũq; opificem: naturã unam præ potentẽ & optimã/ atq; sapientissimã: quæ & condiderit omnia: & preter quã esse pos sit nihil æternũ. Simulq; iam satis ex fide cognoscimus eodem temporis mométo: quod diceret dialectici instans: creatũ ani mum in rudes artus illabi: & mox prepara ta corpuscula nature solertia agitare in ute ris matrum. Reuolui uero animos iterũ ex aliis corporibus ĩ alia: quod satis signi esse dicebat recordationẽ ante factorum/ absur

Aristoteles

dum esse/ q̃ aptissime certe declarat Aristo teles eius auditor: humanũ inquiẽs animũ a sui primordio esse quasi tabellã abrasam omni nota: & impressione uacantẽ: in qua paulatim inscribatᷣ rerũ scientia recepta per sensus. Extitere etiam nõ nulli quos. P. Ta

P. Tarãta sius

rantasius noster ĩ quarto sententiarũ com mẽtario refert dicentes animos reuersuros

ad corpora: & illa quidẽ eadem ipsa nume
ro quæ seposuissẽt: sed moritura iterũ post
magnum annũ / qui trigĩta sex milibus an
nis cõplexus esset: tũc quoq; rediturę oẽs
cæli partes / corporaq; sublimia ĩ id loci sta
tusq;: ubi a prĩcipio cõdita sunt: ĩferioraq;
oĩa & adiacentia generabilia ac corruptibi
lia huius successione felicissima tẽporis re
formanda. Nec multo secus sensit Lactan tius noster: lac certe dulcissimũ eloquẽtiæ: Lactãtius
& flos redolentissimus ecclesiastici germi
nis: qui septimo libro eximii sui operis ꝑ
sæcula sex annorũ sex milia mundũ ĩ hoc
suo statu: in quo nũc est dixit esse mansu
rum: & ĩ fine sexti millesimi anni mortuis
oĩbus euigilatis: pactoq; iudicio tũ auferẽ
dam oẽm nequitiã atq; libidinẽ a mẽtibus
hominũ: atq; ita ꝑ sũmam pacẽ & tranquil
litatẽ mille annos agendos: ĩ quibus cũ ele
ctis: qui suscitati erunt: & cũ iis qui erunt ĩ
corporibus uiui: Iesus Christus Dei filius
uersabit̃. eosq; æqͥssimo reget impio: ac ho
mines multitudinẽ infinitã generabunt: &
erit ea soboles sãcta. Auferrent̃ præterea a
mũdo tenebrę illę: qͥbus offundit̃ cęlũ. Lu
na claritatem solis accipiet: Sol aũt septies

tanto q̃ nunc est clarior fiet. Terra fruges sponte generabit. Rupes mella sudabunt. Per riuos uina decurrent: Feræ nõ se inuicẽ petent: fietq; illa: quę poetę non intelligentes aureis seculis facta esse putarũt: qualia Maro suis bucolicis sparsit.

Virgilius ĩ bucolicis

Cedet & ipse mari uector nec nautica pinus
Mutabit merces: oĩs feret oĩa tellus.
Nõ rastros patiet̃ humus: nõ uinea falcem:
Robustis quoq; iã tauris iuga soluet arator:
Nec uarios discet mẽtiri lana colores:
Ipse sed in pratis aries iã suaue rubenti
Murice iã croceo mutabit uellera luto:
Sponte sua sandix pascentes uestiet agnos:
Ipsæ lacte domũ referent distenta capellę
Vbera: nec magnos metuẽt armẽta leones:
Iungent̃ iam griphes eq̃s: æuoq; sequẽti
Cũ canibus timidi uenient ad pocula damæ

Sed nugę sunt hæc anilesq; fabellæ: nullo argumẽto: nullisq; sacrorũ uatum enũciatis firmata: sed potius cõtrariantia catholicis assertionibus cõtestãtibus post iudicium bonos præmia sempiterna manere: malos uero poenas. Atq; etiã annos: quos inquit ante iudiciũ mundum duraturum: & iam præterisse uidemus cũ ut Paulus Orosius:

Paulus orosius

ſeptuagintaq; interpretes ſupputāt: quos ecclesia ſequit̃ a cōditiōe rerū ad nos uſq; iā anni plures q̃ ſex milia quadringenti ſe xagīta fluxerint. SER. Vnde Lactātius de liciæ noſtræ: Vir prętere a ſūmo ingenio ac bonitate i hæc ſōmia labit̃? An nō legerat non eſſe mortaliū noſſe tēpora uel momē ta: quę pater cæleſtis in ſua poſuit poteſta te? Et Danieli metas & tēpora deſolatiōis & ꝓphanationē libaminis & ſacrificii: quā p uiſionem īſpexerat ſciſſitāti dictū fuiſſe: Vade Daniel: quoniā clauſi ſūt ſermones hi uſq; ad pręfinitū tempus? Et ī euāgelio ſcriptū. Dies āt domini ſicut fur/ita ueniet noctu: Eſtote ergo parati diē horāq; neſciē tes? MA: Sibyllinis oraculis/ poeticiſq; fig mentis ut arbitror tractus eſt ut putarit eo ordine iſta futura. Sed eum fefellerūt enig mata/ cui uidendū erat inſtar troiani æneę folus ne Sibyllæ carmina darent. Eum no bis tamen excuſare poteſt aliquanto ratio temporum: in quibus iſta uel non dum ſu ſcepta a multis/ uel nō ſatis explicata erāt. Quāplurimi etiā ac ferme oēs philoſophi chriſtianorū: deīde pleriq; etiā huius tēpo ris: qbus ſuo tamē uitio ueritas nō illuxit:

Lxx. ītet pretes

Alia opīo

quoniam ne illucesceret/ obstiterunt dura & inflexibili mente/corporũ resurrectionẽ fieri posse reclamãt: quoniã id natura non fert: quæ de priuatione ad contrarium sibi habitũ regressum non habet/ ueluti de cęcitate ad uisum. Mors.n.quę omẽs penitus corporis sensus aufert/ maxima omnium atq; ultima uitæ totius priuatio dicẽda ẽ: ex qua ad uitam corpus remeare æque nõ possit: ac oculus luce functus sua ad pristinũ uidendi sensũ: Se etiã hac ratione tuentur: Si illud ipsũ numero: quod iam uel rogus absumpsit: uel humus confecit: uel in sua tandem principia/ quæ elementa sunt uetustas tenuauit: resurrecturũ esse dicatr̃: id sane nulla alia ratione astrui poterit/ q̃ q̃ idem se ipsum regeneret/ atq; resarciat: quod nunq̃ compertum est effecisse naturã. Generantr̃ uero ex aliis alia: eaq; etiam specie sorona/ ac cõsimilia: nullisq; curriculis cessant naturæ manus edere huiuscemodi partus: se ipsam uero nulla res gignit. SER. Insupabilia ista uidentr̃: & quę illud nos etiam cogant confiteri: cui minime assentiamur. Neq; enim uideo quonam pacto ista non dicam refelli: sed uel extenuari

possint: etiam si catherua sanctorum contra dicentium / acerrimeque repugnantium accesserint. MA. Recte sentis. Nam res ita se habet. Paulus apostolus cui plus uirium ac eloquentiae / quam ulli nostrorum diuino consilio tributum est / ut Lucas in apostolicis actionibus scribit / Athenis cum praedicaret: studioseque audiretur: ad extremum omis suus in hoc deductus est sermo: ut resurrectionem mortuorum suaderet: quod philosophi / & ii maxime: qui Stoycam sectam & Epicuream tuebantur audientes extemplo irritari conclamarunt. Quid seminator iste uerborum / ac nouorum demoniorum annuntiator nefaria ista mentitur: & prodigiosa haec infert auribus nostris? Illumque tentum ac uinctum per summum furorem Ariopagum duxerunt. Marcus etiam suo euangelio ad Iesum Saduceos uenisse illudendi gratia refert. Tunc quos uisum est: qui pro omnibus uerba facerent: sic exorsos esse: Magister Moyses scripsit: Vt si cuius frater mortuus fuerit: & dimiserit uxorem: & filios non reliquerit: accipiat frater eius uxorem ipsius: & suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant: & primus accepit uxorem: & mortuus est non relicto semine

Lucas de Paulo

Marcus de Saduceis



& secundus accepit eam: & mortuus est: & nec iste reliquit semen: & tertius similiter. Et acceperunt eam similiter septem: & non reliquerunt semen. Nouissima omnium de fũcta est mulier. In resurrectione .n. cuius erit uxor? Quibus ille ut scite/ita & pie re spõdit. Erratis nesciẽtes scripturas/neq; uir tutẽ dei. Cũ a mortuis resurgẽt: neq; nubẽt neq; nubẽt: sed erũt similes ãgelis dei. De mortuis autem q resurgant: nõ legistis in libro Moysi quomodo dixerit illi Deus: Ego sum Deus Abraam: Deus Isaac: Deus Iacob. Non est Deus mortuorum: sed ui uorum. Ex quo liquere tibi satis posse ar bitror: resurrectionem ipsam omnio supra uires esse/facultatẽq; naturæ/ & solius Dei esse hoc munus infinitæq; potentiæ: cuius maiestati atq; imperio omnia parent. Atq; ut ad eiusdem rei ueritatem uniuersus or bis duce deo se se conuerteret. Voluit chri stus tandem mysterium hoc re ipsa doce re: ut mortuus tertia die: idem splendidissi mus resurgeret: seq; conspicuum ac tractã dum exhiberet. Simulq; in omnem terram uoces apostolorum ac pphetarum illud ĩ sonuerunt: nuncq; etiã quotidie ecclesia in

ſonat. Sed ne deſeramuſ ĩcepta. Alii quoq; in hac hæreſi uerſati ſunt: ut quoniã iuxta Matthęum ſcriptum eſt: Spiritus quidem promptus: caro uero infirma. Et Paulus ad Corinthios ſcribit. Caro & ſanguis regnũ dei non poſſidebũt. Idemq; ad Galathas. Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritum: & ſpiritus aduerſus carnem: terrenũ corpus: quod ſedula colluctatione uexat: ac concutit ſpiritũ: nec illũ ſinit exire/ & ꝓminere: magiſ uero egregiis ſẽp & melioribus obſtat: indignũ habendũ omnino eſſe: quod reſurgens cum uictrici aĩa/ & innocentiſſimo ſpũ municipatũ triũphũq; illius cælestis regni/ ac ſẽpiternæ beatitudinis capiat. Sed res cur nõ ita ſit/ quoniã facile ẽ oſtendere nõ lõgiſ ãbagibuſ cõtra hos ſimpliceſ ac rudeſ hoĩes ſcripturarũ teſtimonia ſupine accipiẽtes: & occidẽtẽ litterã pueriliter/ & abſq; ſale/ ut dici ſolet interpretantes nobis erit uelicãdũ. Duo hæc ineſſe humanis corporibus aĩaduertenda ſũt: natura atq; uitiũ: aut certe unũ tãtum/ quod dicamus uitiatũ ĩgeniũ. Tũ.n. euigilatis corporibuſ uitia detrahenẽt: manebit uero natura labibuſ defecata prioribuſ: quod aliud certe nihil ex teſtimõiis quę iſti ĩduxerũt cõcluſũ

Alia opĩo

iri potest. Qui tamē si ptinacius īsteterint: ualeāt sine corporibus: cū se se dimidios: q̄ totos atq; integros malint. Possem referre hoc loco mille annos: quos græcorū nō nulli animas ad ripā lethei fluminis agere uoluerunt.

Opinio mille annorū

Virgilius

Donec longa dies pfecto tēporis orbe
Concretā exemit labem: purumq; reliquit
Aetereum sensum. Vt poeta iqt: easq; rursus lustratis prius supis/ ad crassiora hæc corpora se se conuertere. Cui opinioni Samius ille Pythagoras cōsensisse uidet̃. Possē item egyptiorū portētuosa deliramēta. Possem aliorum uarias & iepras stultitias. Sed ne lōgiores uideamur q̄ oporteat: satius erit/ his missis in quæ iā longius sumus euecti: ꝓpositā rem argumētis firmare: quæ reuincere neq; ipsi philosophi/ neq; pseudo fideles ullis facile ratiōibus possint. SER. Præclare tu qdē iā quasi ueritatis iugulatis hostibus/ nūc tua tuebere. MA. Maxime istuc uelim. SER. Cōmode id poteris/ si iam uelis. MA. Te nescio ne assentatorē dicam: q mihi tā sępe blādiris: adularis: obseqris. SE. Mitte quęso de me hoc suspicari: sitq; mihi fas apud te nō ignota loq. MA. Nūc uero

Pythagoras

Aegyptii

an non deintegro palpas? SERA. Deus mihi benefaxit: ut hodie cōtēptor es tui. MA. An nō pridie? SER. Iocaris ut uideo: nec risu te ꝑdis. MA. Tu uero ꝙ rideas: iocari fortasse me dicis. Sed ne id etiā arbitrere: iam serio eloquamur. Itaq; ut quod polliciti sumus ipleamus. Animorū ꝑpetuitas: quā ante satis ostēdimus: corporum resurrectionem: & Thome nostro: & plerisq; Theologorū exigere ꝑrius uidet̃: quoniā naturaliter aius & ex sui essentia (ut illi dicunt) est corporis forma: & ordine atq; institutione diuina spectat corpus humanū nec alio omnino est diffinitus. Quod cū ita sit: ꝑfecto innaturale ac uiolentū dicendum est: ut sint a se inuicem ista disiuncta: corpus & animus. Quod aūt huiusmodi est: certū ē: diuturnum esse non posse. Necesse igit̃ est: ut animi quoniam: sicut diximus ꝑmanentes sunt: ac sempiterni: aliquādo reuoluantur ad mortua corpora: ut officium: munusq; naturæ obeant suę. Quod sane cum Plato ipse uidisset: ut auctor ē diuus noster Aurelius reditū posuit aiorum ad corpora: quanq̃ ab ea ueritate: quā nos fide cōplectimur: lōge recesserit: ut nō per

Immortalitas aiorum resurrectionē corporū exigit

Plato Aurelius

ceperit ea ipsa corpora uiuificanda: quę ex
tincta iam fuerint: sed alios denuo partus
censuerit subeundos. Praeterea nõ exiguũ
argumentum est illud uitæ futuræ ex inte
gro homine: q̃ fęlices animæ exutæ corpo
ribus / adhuc precari sibi illa non desinunt:
Cui rei probandę non parum fidei habere
mihi uidet̃ uisio illa Ioãnis apostoli: quã ĩ
apocalypsi ita describit. Vidi sub altare dei
animas ĩterfectorum ꝓpter uerbum dei &
testimonium Iesu Christi quod habebant
uoce magna clamantes: Vsq; quo domine
sanctus & uerus non iudicas / & uindicas
sanguinẽ nostrum / de his qui in terris sũt?
Et datæ sũt eis singulę stolę albæ: & dictũ
est eis: ut requiescerent adhuc modicũ do
nec impleat̃ numerus conseruorũ & fratrũ
eorum: qui interficiendi sunt / sicut & illi.
Quod futurum opinamur sub id tempo
ris: quo truculentissimam ꝑsecutionem in
ecclesiam sanctã exercebit hostis nefãdissi
mus Antichristus. An esset oro tãta illis ha
bundorũ corporum cupido: si res ipsa fie
ri non posset? An tam accẽso studio nouis
simum iudicium anhelarent: si instinctu na
turæ / quæ frustra nihil agit: nõ incenderen

Desideriũ aĩæ resurrectionẽ exigit

Iohãnes

tur. Aut etiam ſtolatis ſingulis illis qeſci te diceret̃: quatenus ſanctorũ numerus im pleatur: ſi animus corpore non indigeret/ tanq̃ altera ſui parte ꝓrſus beatitudini pfi ciundæ neceſſaria? Illud etiam iam ſatis ĩte ligimus Deum ꝓpter ſe hominẽ condidiſ ſe: cętera uero omnia/ & quę potiſſimũ cor porea ſũt: homĩs cauſa: ut illis homo præ eſſet dominaretq;: ut ĩpſalmo Dauid aper te declarat/ cum ait: Gloria & honore coro naſti eũ dnẽ: & conſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarũ: Omĩa ſubieciſti ſub pedĩ bus eius: oues: & boues: uniuerſa inſup & pecora campi. Quod quidem etiam Ouĩ dius poeta ſic cecinit:

Quoniã hõ ẽ finis cæte rorũ opor tet reſurgat

Dauid

Et quod dominari in cętera poſſet
Natus hõ ĩ terris eſt. Quod ſi ẽ ueriſſimũ ut prõpte fatẽdũ ẽ: hõ ergo cæterorũ corpo rũ oĩum finis pręcipuus erit: planeq; & cã. Cũ uero multa corpora ſint ĩcorrupta ĩuio labiliq; natura ceu cęleſtia atq; elementa il lud conſeq neceſſariũ ẽ/ ut corpora hoĩum ſẽpiterna ſint: quæ illos orbes cęleſtes: ele mẽtaq; poſſideãt. Præſtãtiora. n. ſemp illa dicimus: quorũ gratia cætera ſũt: & in quę reliqua ut ĩ finẽ intẽdũt: Sed hoc fieri qũo

poterit: ut humana sempiterna sint corpora: nisi resurrectionē ipsam a corruptione: & habitū a priuatione dederimus? Neq; uero quisq̄ obiecerit / hoc dictū esse de homine: ut creaturę dominef̃: supioresq; illas ac lucidas sedes inhabitet / q̄tum dūtaxat ad animū spectat: quoniā humanus animus secretus a corpore tenuis quidē spiritus ē: tam lato spatio / locoq; diffuso quo contineaẽ non īdigens: quēadmodum neq; reliquas spirituales substātias dicimus indigere. Deniq; ut sępe ante diximus / ad cōplendos oēs uitæ beatæ fines solus animus nequaq̄ satis est: sed societate corporis indiget: a quo diuulsus / homo certe appellari non potest: quoniā de eo pędicari nequit tota hominis ratio. Nec pętereundum nobis est illud: triplicem ab diuina solertia institutam esse naturam: qua numerus pfectus: ordo: ratioq; absoluta creaturę cōtineref̃: Vnā quidem spūalem: quā substātias separatas philosophi esse dixerunt. Alterā corporeā: qualia sunt elementa / orbesq; cælestes. Tertiam uero ex utroq; cōpositam / atq; pmixtam: & huiusmodi hominē esse: Cęterum duas illas extremas / spiritalem ac

Alia resurgēdi rō

corporalem pennes futuras: quod quidē facit: ut eodem modo creatura media/atq; complexa sempiterna dicēda sit: ut etiam de hoīe ipso deus naturaq; curasse uideat̄. Sed fieri alioqn certe non potest: q̄ φ hoī uitales adhuc sensus post mortem tribuamus: An illud ēt fortassis addubitabimus. Omne quod naturaliter actiuū uirtute dicit̄ sua: passiuum quiddam habere submissum sibi atq; pręscriptū: circa quod & agēdo & opando uerset̄? quodq; & pati & recipere possit? Sed anima est huiusmodi ipsa: ut ppetuam agilitatem ad motum: opationemq; ad uitā corporis habeat efficiēs in eo facultatem sentiendi: uegetandi: gradiendiq; ut maxime Aristoteles inquit. Ergo illius actio/uolucrisq; mobilitas cū ad corpus relationem importet/ita facit/ut in ipso potentiam oporteat esse passiuā: quæ iugem eiusdē animę actionem/ ppetuūq; uigorem excipiat: quod quidē ipsum etiā quomō stare iā poterit: ubi de resurrectiōe ipsa titubemus? De qua sane christiāis nobis quę certior fides adhuc requirēda est q̄ illustris illa atq; magnifica saluatoris nostri & īmortalis dei corporalis resurrectio?

Alia resurrectionis oportunitas

Aristoteles

Christi resurrectō nostrā oīo exigit

Cum ille iam resurrexerit/an nos: qui eius mébra sumus: eiusdemq; humanę naturæ consortes/resurrectioni nostræ diffidere ui deamur?/Si christus inquit Apostolus prædicať q resurrexit a mortuis: quomõ qdã dicunt in uobis quoniam resurrectio mortuorum non est?/Et ad Philippéses scribit. Gloria eorum in confusione: qui terrena sapiunt. nostra autem conuersatio i cælis est. Vnde & saluatorẽ expectamus dominum nostrũ Iesum christũ: qui reformabit corpus humilitatis nostrę configuratũ corpori claritatis suæ secũdum opationẽ/qua possit etiam subiicere sibi omnia. Itaq; fratres mei carissimi & desideratissimi gaudiũ meũ & corona mea sic stare i domino semper. Sed quãto maius testimonium est illa eiusdem saluatoris & dei nostri pmissio: q ascensurus i cælum: Vado iquit parare uobis locum?/Atq; illa uolo pater/ut ubi sum ego/& mynister meus sit?/Itẽq; ego sum resurrectio & uita: qui credit i me: etiã si mortuus fuerit uiuet: & omnis qui uiuit/ & credit i me: non morieť in æternum. Age uero non satis signi nobis esse potest sanctorum patrum resurrectio ea/quam domino

Paulus

Christi pollicitatio

Resurrectõ scõrũ i morte christi

pendente factam esse euangelia referunt?
cum illi ciuitatẽ sanctã ingressi se se palam
plurimis fecerint? An non ipsa monumen
ta patefacta/ut homines taceam/uideri de
buerunt hanc ꝓpe uocẽ emittere. En primi
tię: En testes: En sponsio: En certa fides ui
tæ futuræ? Ita ne? SER. Ita ꝓrsus: quãuis ĩ
re adhuc non nihil dubii inesse coniecter.
Sancti illi iterum ne mortui sint/an adhuc
uiuunt: uicturiq; sunt semp̃. MAT. Et te
illud etiam nõ mouet: utri prius resurrexe
rint christus an isti? SER. An refert? MA.
Quãmaxime: sed tamen utrũq; alterius tẽ
poris: lationisq; negocii erit/cũ uoles. Nũc
tantũ quod præsentis ꝓpositi ẽ aĩaduerte.
SER. Id tam lubẽs ago: ut te dicentẽ nusq̃
ausim interpellare: nisi uiolẽtus me agitet
scrupulus. MA. Hic.n.mos tibi semp fuit
ueluti peculiaris: ut modestus esses: ac uere
cundior. Sed rem ꝓsequamur. Hic omnes
hoĩes qui sũt/aut unq̃ fuerũt interrogo: & Iustitia dei
eorũ uehemẽter reqro prudentiã/nũ iustus reqrit resur
dicẽdus sit deus? Quod cũ dixerit/nũ uelit rectionem
ac possit curare de hoĩe: & ei reddere iuxta
opa sua? Hoc negẽt: ubi iustita? Affirmẽt:
an ãplius erit dubitãdũ qn & corporibus

ipſis: quę fuerunt animis ſocietate cõiuncta: uel ꝑ meritis præmia: uel ꝑ facinoribus poenas redditurus ſit? Vt licẽtius dixerim: deus eſſe nõ põt: qui idẽ de rebus nõ iuſte decernat. Iniuſte aũt decernere: ſi ſecus ac diximus agat: uideri oĩo oportebit. SER. Nihil dici uerius poteſt: faciliuſq; defẽdi: q̃ ꝙ iuſtus ſit deus. Sed cum hoc dicas reſurrectionem corporum poſtulare: ut recipiant uel bona uel mala ꝑ meritis difficultas non parua inde mihi ſuborit̃. Cur igne purgatorio corpora ipſa una cum animis etiam non depurent̃. Nõ ne & hoc diuina iuſtitia poſtulat: ut quẽadmodũ ſimul ſeſe malis poluerunt: ita & ſimul expientur? An non tu putas eum iudicem ꝑiniquum: qui duos eiuſdem criminis reos non pari ſupplicio plectat? Vnum abſoluat alterum cruciet? MA. Hæc ſane quæſtio dudum mihi uiſa eſt difficillima: atq; ĩ ea ipſa quærenda fui plerunq; non ſegnis: eãq; ĩ coronis noſtrorum differentiũ theologorũ etiã quandoq; ꝓtuli. Sed cum neminẽ reꝑirem: qui rem ſatis enodaret: & quod certũ eſſet conſtitueret: adiui tandem hominem quẽpiam/ſane doctũ: in quo multa rerũ cogni

Cur corpora cũ aĩs nõ purgant̃

Difficillima queſtio

tio/& eloquii suauitas erat: & quem alias scite/atq; subtiliter differentē audierā: quē omitto i præsens nominare. Is priore congressu corpora inqt purganda mortis acerbitate scelus eluūt: aut certe animus ipse ꝓ corpore plectit̃ cōgeminato piaculo. Ego contra cū responderem: quid iniustius q̃ ut quisq̃ poenas ꝓ altero luat?aut quo nā pacto ꝑ mortem corpora ipsa purgabunt̃: cum mors ęquo pulset pede: ut Flaccus diceret: & innocentissimorum hominū limina: & ꝑditissimorum turres? eaq; sit nō in expiationem facinorum: sed in poenā originalis culpæ īflicta hominum generi? Ille subridens: ut q sibi neq; satisfecisset: mox quæsiuit firmiora pręsidia: atq; satius īqt hoc mihi uidet̃. Porro ut dicamus cū animis corpora purgari debere: sed illud minime fieri: quoniam non nisi absurde: atq; præpostere fieri posset. Itaq; mortua iā corpora semel alioquin purgari non possēt: nisi a morte resurgerent. Quod sane fiat. Reuiuiscant atq; purgent̃. cæterum purgata ad superos ne migrabunt una cum animis: an iterum morient̃? Vtrum concesserimus: ut est necesse concedi: inconuenien

Flaccus

tissimum illud erit: & absurdissimum. Dicantur hec corpora exuta iã labibus simul cum animis in cælum ascendere. Erit ne id sine iniuria & offensione sanctorum / qui nihil in uita patrarunt diluẽdum! & eorũ nihilominus corpora fęlicissima uermibus & corruptioni obnoxia foede ac turpiter iacent? Erit sine calũnia cęlestis sapientiæ Pauli: qui omnes simul ĩmomento in ictu oculi in nouissima tuba resurrecturos dicit? nisi forte admirabilis excellẽtiæ gratia Diuam Virginem Iesu Christi parentem exceperimus. Cuius corpus ossaq; sanctissima cum nusquã post eius obitum repta sint: celebri opinione / & consecrata iam fide in cælum credunt̃ ascendisse? Aut certe dicantur iterata morte dissolui. Sed nihil diuinæ iustitiæ potest magis esse cõtrariũ: quæ / ut scriptũ est / neminem dãnat bis in id ipsum: & originalem illam noxam: quã cõtrahimus ab uteris matrum / sanxit una tantum morte sanari. Ex his igitur satis coniicere possumus: diuino cõsilio hac in re ordinem pretermitti iustitiæ: qui quidẽ si seruandus esset: incongruentissimum id q̃maxime uideatur. Reclamaui hoc loco

heus tu pater/si licet/bona cũ uenia loqui. Est ne ulla res talis /quæ diuinam possit labefactare iustitiam: ac diuinum fugere cõsiliũ? An nõ uides deo sic te crimẽ iponere Hoc ubi accepit: Sine præiudicio ueritatis inqt/adiiciã q̃tũ noua mihi quædã nũc cogitatio offert. Corpora hęc ne diuina iustitia dispẽdiũ faciat/dicamus ĩfirmitatibus: doloribus: fame: nuditate: ĩopia: & huius mõi reliqs ĩ uita purgari: Aut in exitu uitæ iis dari grauiora tormẽta: aut certe quod uis aliud suppliciũ occultũ mortalibus nobis. Cui iterũ ipse oro te inq̃: nõ uides oĩa ista multo secus euenire q̃ dicis multoq; mitius agi ĩ his sẽp cũ malis q̃ cũ iustis hõĩbus? Postremo ille Deus ĩmortalis respõdit pq̃ belle & argute rẽ cribras. Sine parũ per si qd ĩuenio. Tũ ego ut alto & exacto ĩgenio es: q meis cogitatiõibus totiẽs ĩprę meditatus/ inermisq; respõderis. Hæc atq; similia me ꝓsequẽte: Accipe inquit quod ultimum oĩum dicturus sũ: & ultra quod uideo nihil. Humanus animus rector humani corporis ẽ: q corpore ipso non aliter q̃ ĩstrumẽto quodã uti dicẽdus ẽ. Quã ob rẽ Crispus historicus ĩqt. Impio quidẽ ani Salustius

mi. Seruitio uero corporis magis utimur. Alterum nobis cum diis: Alterum cum belluis commune est. Itaq; omnis laus actionis humanæ: similiter autem & uituperiũ solum certe animum spectat: Ex quo tota siue recte factorum merces: siue flagiciorũ ignominia præsertim animi est. Hic tantũ uel præmiis cumulandus est/uel poenis afficiendus: cui tamen aliquando dandũ est corpus: ut tandem ea ratione instaureť hominis tota natura: quæ merito instaurãda esse uideť i fine huius uitæ mortalis: sicut litteræ diuinę testãť. Nihil est opus ad luẽda supplicia resurrectio carnis. Sed ꝓpter hominis reformationem ꝑfectam exigiť: qui ex utraq; animi corporisq; natura cõponiť. Habes q̃tum ipse de re ipsa possim respondere: nisi tu quid subtilius uideas. Tum ego me me comprimens humanitati hominis gratias egi: mansitq; ille: ego discessi. SER. Tibi ne faciunt satis/quæ acutus hic homo & prudẽs disputauit. MA. Non illa certe usquequaq; contemno: quoniam neq; legi: neq; audiui potiora. Sed uide ne tu bilinguem me forte esse putes: qui paulo ante dixerim deum iustum esse

non posse: nisi reddat aliquando corpori
bus uitam uel in meritum: uel in poenam
suorum ante factorum. & nunc uidear assẽ
tiri homini dicenti: nihil ad corpora poe
nas uel præmia attinere. SERA. Imo uero
iam ĩ ultimo labio id suspitionis uenerat.
eramq; dicturus tum/cũ ipse dixisti. MA.
Magnos habet auctores ratio illa diuinæ
iustitię: & ĩter ueteres theologiæ recẽtesq;
magistros de re nulla dissensio est: certisq;
sacrarum litterarum testimoniis abundat:
quale est illud Pauli ad Corithios: quibus Paulus
in fide titubantibus Adhuc enim estis in
peccatis uestris ĩquit. Ergo & qui dormie
runt in Christo perierunt? Si in hac uita
tantum in christo sperantes sumus misera
biliores oĩbus hominibus sumus. Si omnĩ
no mortui non resurgunt: ut quid & nos
piclitamur omni hora? Quotidie morior
propter uestram gloriam fratres: quam
habeo in Christo Iesu domino nostro. Si
secundum hominem ad bestias pugnaui
Ephesi: quid mihi prodest: si mortui non
resurgunt? Manducemus & bibamus/cras
enim moriemur. Nolite seduci. Corrũpũt
.n. bonos mores colloquia mala. Iã quoq;

tubicinantem illum omnis ecclesia audit:
Nos omēs manifestari oportet ante tribu
nal christi: ut recipiat unusquisq; ꝓpria cor
poris sui/ ꝓut gessit: siue bonum/ siue ma
lum. An non pari causa Philippēses forti
esse animo iubet: ac cōtēnere carnis illece
bras: Expectātes saluatorem: qui reforma
bit corpus humilitatis humanæ configura
tum corpori claritatis suæ? An etiā non cer
Daniel tū est satis Danielē hoc ipsū his uerbis cō
testatū fuisse? Ecce qui nūc dormiūt: uigila
bunt: alii quidē ĩ uitam æternā: alii ĩ obro
briū sempiternū? Quis uero addubitabit:
Iob uirū sanctissimū Iob cū iam carnē suam cer
neret ulcere exesam: singulaq; mēbra præ
mortua uix cōpage cohærere neruorum:
oēm aĩ merorē hoc leuasse solatio. Scio ꝙ
redēptor meus uiuit: & ĩ nouissimo die de
terra surrecturus sum: & rursus circūdabor
pelle mea: & ĩ carne mea uidebo deum sal
uatorē meū: quē uisurus sum ego ipse! &
oculi mei cōspecturi sūt. Reposita est hæc
spes mea in sinu meo? SER. Quæ de diui
na iustitia dixisti: quo qdē certiora sūt: eo
magis difficultatem adaugēt: ut oportere
uideaṫ eum/ cui tanta iustitię laus tribuaṫ:

non omittere inexpiata hominum corpo ra in claro illo empyreo fulgore uersari. MA. An credis tu oĩa diuina cõsilia homini cognita? SER. Ergo hoc dicemus archanum? MA. Cur nõ dixerimus. SER. Vt uideo res ista explorata nemini ẽ. Quare eã relinquẽtes uideamns, si iuuat, præter id: quod fateor te plenissime de resurrectiõis necessitate docuisse: quisnã modus eiusdẽ pficiundæ ĩ eodẽ cadauere numero. MA. An nõ diximus rẽ istã supra uires esse, metasq; naturę? ac solius dei munus? Insipiẽs tu inqt Paulus quod seminas nõ uiuificatur: nisi prius moriatur. Et quod seminas non corpus quod futurũ est seminas: sed nundũ granũ, ut tritici, aut alicuius cęterorũ seminũ. Deus aũt dat illis corpus sicut uult. & unicuiq; seminũ ꝓpriũ corpus: Tradũt q de aĩaliũ naturis scripserũt: Pelicanũ auẽ ęgyptiã pullos extinctos ĩ lucẽ excitare cõspsiõe sãguinis: quẽ spõte ꝓfũdit pectore sibi cõtuso. Phenicem post lõga secula senescẽtẽ deflagrare: ex ossibus deĩde & medullis eius nasci primo ceu uermiculũ: demũ inde fieri pullũ. Mustellã uisũ adẽptũ catulis apposita herba restituere solitã.

Paulus

Pelicanus

Phenix

Mustella

Elemẽtorũ cõuersio — Elementorum deniq; mutuam alterutrãq; cõuersionis uicissitudinem quis ignorat? Possumus igit̃ nos resuscitandorũ hominum admirari ratioẽ: quã in tot natura animalibus/ & ĩ ipsis elementis quotidie mundus imitat̃? An anguste adeo de omĩ

Obserua incredule — potentia dei crediderimus: ut nõ possit illa: quantum p illam muta animãtia insensibilisq; materia potest? An quod p̃sępe cęteri homines factitarũt deo ipsi: qui hominem cõdidit: rerũq; naturas detrahemus? Regum tradit historia: Heliã mulieri hospiti mortuum filium incolumem reddidisse. Heliseũ Sunamiti. In actibus apostolorum Thabitã mortuam a Petro euocatam mox apertis oculis legimus resedisse. Paulum adolescẽtem p lapsum de fenestra cęnaculi iamq; extinctum iussisse uiuum abire. A Iohanne Drusiana e pheretro Ephesiis est restituta. Martino trium mortuorũ laudi est resurrectio. Verum quid ista cõmemoro: quãdo ẽt Plato philosophus in Timeo hoĩem referat suscitatũ: Et plinius ĩ naturali historia scriptũ reliquerit Amolam consularem in rogo reuixisse: & quoniã præualẽte flãma eripi nõ potuit fuisse

(Marginal notes: Helias; Heliseus; Thabita; Petrus; Paulus; Iohãnes; Drusiana; Martinus; Plato; Plinius; Amola)

crematum? Idemq; L. Lamio prætorio uiro accidisse? Bello quoq; siculo Gabienū uirū fortissimum captū a Sexto Pompeio/ iussu eius incisa ceruice/ & uix coherēte iacuisse in littore tota die. Deīde cum aduesperasset: illū gemitu precibusq; a cōgregatis petiisse: ut Pompeius ad se ueniret: aut aliquem de stipatoribus suis mitteret: habere āt ab īferis quę renūtiaret. Misisse plures ex suis Pompeium/ quibus Gabienus dixit: placere Diis manibus Pompei partes & causas pias: pinde euētum futurum/ atq; optaret. Iussa se nūtiasse: argumētū fore ueritatis: q pactis mādatis ptinus expiraturus eēt: Idq; ita euenisse? Persæ etiam ut aliquādo homines reuiuiscant: sintq; deīde immortales nō dubitant. De disciplina uero magorū Eudoxus Cnidicus mortuos itidē reuicturos asserit. Oro tu mihi dicas: cur manus dei ista non possit: quæ etiā gentiles ipsi facta esse/ atq; etiā futura testanē/ & credūt? Quis.n. hoc loco Platonē aut Plinium testes citauit? Quis Persas ac Magos? christiani ne? quorū adhuc nec quidē nomen eluxerat? an non magis quia ueritati/ ut Aristoteles inquit/ omnia cōsonāt.

L. lamius
Gabienus
S. Pōpeius
Persæ
Eudoxus
Plato
Plinius
Aristoteles

Falſo autẽ cito etiã diſſonat uerum? SER. Mihi ſatis quaſi reconditam ueritatem ex ſacris quibuſdã/ & ueteribus abditis apui ſti: Nihilq; ſupereſſe iam mihi uidet̃: quod pręterea quęrẽdum putem. MA. Quoniã igit̃ de certa reſurrectionis fide quę ĩtercur renter dicẽda nobis uiſa ſũt: quomõ potui mus/iam ſatis explicauimus: nunc ad id quod ſequit̃ duce deo tranſeamus. Ac pri mo de ipſorũ corporũ dotibus dicamus: ut antea fecimus: cũ de animorũ gloria lo queremur. Quas quidem quattuor noſtra tes theologi eſſe tradiderũt: & earum unã claritatem: alteram impaſſibilitatem: tertiã agilitatem: poſtremã uero ſubtilitatem ap pellari. Deĩde ꝓſequemur ſingulorum ſen ſuum ſingulares delicias/obiectu atq; mo tu rerum cæleſtiũ ductas: atq; alia fortaſſe: quę ut magis minus ue accendit̃ ſermo: oc currere dicentibus ſolẽt. SER. Me nimirũ delectat hic ordo: atq; quod ad primã par tem attinet: qualis erit iſta corporum clari tas. MA. Beati ſiquidẽ omnes ſereno cor pore erunt illuſtri atq; pſpicuo/ſoliq; ſimil limo quemadmodũ iuxta Mettheũ domi nus inquit. Fulgebunt iuſti ſicut ſol in re

De q̃ttuor corporis dotibus

Dos clari tatis

Mattheus

gno patris mei: qui quidem sol Isaiæ uaticinio tunc septies fulgentior erit/ q̄ nunc. Inqt.n.ille. Erit lux lunæ/sicut lux Solis: & lux solis septēpliciter sicut lux septē dierum. Proficiscet̃ uero & emanabit tāta huiusmodi claritas ĩ corpora ipsa ab aĩorum splendore: quem illi hauriũt dei serenitate cōspecta. Neq;.n. beatitudo illa pręsertim corporum est: ut eā in se ipsis habeant: sed ab aĩs effluit. Et ut cælestis illa lux/deiq; claritas sempiterna sanctorũ animos ĩplet: ita eorũdem animi corpora. Erũt etiā membra singula quasi cristallus peruia/ & quasi aurum flauescentia/sublata ab iis omni obscuritate ĩpurioris caliginis crassiorisq; materiæ adeo/ ut nexus compagoq; corporũ harmonia: uenæ sanguinis: & cæterus humor: ossa: atq; medullę & sũmi artificis dei solertiam i pręseferāt: & aspiciētes mirabili q̄dā uarietate delectēt. In tāta nihilominus claritate atq; fulgore appebit oĩs illa colorũ lineamētorũq; & parua & maxĩa & mediocris distĩctio: quę ē ĩdex pfecti operis & exactæ naturæ: & unaquæq; corporis pars situsq; mēbrorũ p cōueniētia naturali ppriis ita coloribus uariabit̃: ac moderata

Isaias

Vnde hæc claritas

luce splendescet: ut non idē omnino color non æqua claritas cōpleat omnia mēbra: sed sint manus: pedes. oculi: ora: ossa: humoresq; uaria specie distincti: uarieq; lucētes: Sicut & modo pictorū tabulæ distīctæ mille coloribus: aut gēmatæ uestes, auroq; cōtextæ ad obiectum solem, & illustrē claritatem, simul & uariatam decentiā ostentant. Atq; huiuscemodi corporū splēdor animorū imitabitᷣ gloriā: ut tantus ille sit: q̄ta sit illa: quæ sane etiā ex corporibus ipsis sic inspici poterit: ut ex uasculo uitreo uini: alterius uel liquoris species, colorq; ꝑspicitur.

Indolētia atq; ipassibilitas

Subsequitᷣ deinde altera dos: quæ quidem impassibilitas siue indolētia dicitur: ꝑ quā ita se corpus ītus extraq; tuebitur: ut nulla extrinsecus ui: aut īteriori elementorū discordia corrūpi amplius lædi ue possit. Ita. n. fiet solidum: inexpugnabile: immortaleq;: ac tāti roboris: ut ad illud nullus morbus. Nullus dolor: Vis nulla æstus: uel frigoris: famisq;: uel sitis possit penetrare. Sed neq; qcq̄ obstabit quo minus illęsum incedat, si uelit, ꝑ ignē ipsum: & æquoris undas: q̄ si in speciosissimo ac suaue olēte uireto, eburneo strato quiesce

ret. Inferni uero tenebrosas umbras si pe
tat: oia penarum atq; terrorũ genera pene
tret: demonũ fremitus: uocesq; mętẽtũ au
diat. Nõ modo nihil patiaꝛ: sed ita ꝓcul sit
ab oi metu: q̃ reliqua sãctorũ corpora i ip
sa cæli tutissima gloria. Tũc sane illud iple
biꝛ: quod i apocalypsi Iohãnes cælesti uo
ce se dicit audisse. Nõ esurient: neq; sitient/
neq; cadet sup illos sol: nec ullus ęstus. Et
absterget deus oẽm lachrymã ab oculis sãc
torũ: & mors nõ erit ultra: neq; luctus: neq;
clamor: sed nec ullus dolor: quę prima abie
rũt: & dixit q sedebit i throno. Ecce noua
facio oĩa. Et illud quod q dẽ Paulus ad Co
rithios scribit. Oportet. n. corruptibile hoc
induere icorruptionẽ: & mortale hoc idue
re imortalitatẽ. Et tũc sermo fiet: q scriptus
est. Extĩcta est i uictoria mors. Tertię uero
dotis est p celerẽ quandã mobilitatẽ ipsius
aĩ uigorem imitãtem corpora agilia atq; le
uia efficere: ut ubicũq; spũs uelit: præsto il
la sint: possintq; eadẽ pnicitate: qua mẽs ip
sa & cogitatio ifinita terrarum spatia/ cęlo
rũq; metit: nihilq; ipediat: quin ipse aĩus
una cũ corpore ex illa cęlesti arce ipceptibi
li qdem momẽto cũ uelit ad has iferiores

apocalypsis

Paulus

Dos agili
tatis

mūdi partes delabat̄: deīde ēt dicto citius terris excedens/ ad excelsa euolet: & huc atq; illuc uaget̄ p omne sublime/ nūcq; īter fęlices angelorū choros. nūc īter pphetarū & apostolorū sedes: nūc īter martyrū uirgi nūq; cateruas/ uel molliter ac paulatim īce dat: uel celeri uolatu discurrat: Nec ī ipso motu cursuq; citissimo plus oīo laboris sē tiat/ q̄ ī qete/ & pulcherrimo ocio. Quartā atq; extremā corporū dotē subtilitatē no minare solemus: q p eā facultas unius cu iusq; rei penetrandæ corporibus attributa sit: semota ab iis ea mole atq; segnitie: qua ī hoc terreno domicilio circūfusa erant: ut tā facile quocūq; ferant̄/ penetrētq;/ ac diuī dāt oē congestū/ tenaxq; & solidū: q̄ spūs ipse: quo ē nulla uirtus penetrabilior/ atq; celerior. Nūc.n. ut mētis acies pmanēs īcor rupta/ modo supa petēs se se ī cōtēplandis pspiciendisq; rebus cælestibus ponit: mo do ad ima deueniēs has habitabiles oras: regna: natiōes: mariaq; collustrat: nec ullis obicibus īpedit̄: etiā nec ullo carcere cogit̄ quo minus exeat/ & pgrediat̄: potestatēq; habeat se altius efferēdi. Ita pfecto beati cō similem in corporibus uirtutem accipient:

Dos subtilitatis

& æquatis/ut ita dixerim/uiribus quocũq;
animi penetrauerit/& corpora penetrabũt.
Nã quoniã humanus aius corporis faces/
qbus iflãmari solet ad oẽs fere cupiditates:
sedulo Marte supauit/atq; restrixit iã plane
ob isignẽ quasi uictoriã: partũq; triũphũ il
lud sibi ita sũmittet: & parere oio/ ac obse
qui coget: ut quoquo uoluerit comite illo
igrediať: indeq; exeat tanq̃ natura spũs in
illo recepta. Sed iã de dotibus satis. Aggre
diamur & reliqua. SER. Te hactenus au
rea uerba loquẽtẽ sic itento aio obseruaui:
ut pcũctãdi de his quæ dubia uidereñ: nul
lũ mihi fecerim tẽpus. Ita me os tuum reiq;
dignitas allexit: ut psæpe interdicẽdũ satis
nesciueri/ uiderẽ ne ista an audirẽ. Verũta
men siqs rẽ subtilius pscrutari uelit: dubi
tabit fortasse ne ista pie atq; religiose ma
gis q̃ dilucide uerissimeq; dicãť: & ut reliq̃
omittã: hac ne dote quęso subtilitatis scin
dent celum: terram: & omne reliquum cor
pus mẽbra ista sanctorũ? an inuiolatis illis
penetrabũt? MA. Atq̃ illis inuiolatis. SE.
Et saxũ & calibẽ sic penetrabũt? MA. Etiã
adamãtẽ. SE. Oportebit igiť uno q̃dẽ loco
duo simul corpora cõtineri: nisi exossemus
ea uertamusq; i spũs tenues: aut usq; adeo

disiũctę subtilisq; materię futura dixerimus ut se isinuẽt in oẽ corpus durissimum: ceu oleũ cõsueuit lignũ penetrare: & ignis i sili ce / ferroq; latere. MA. Fateor quidẽ: si res physice agit: ad legẽq; naturæ huiusmodi cuncta metimur: dari oportere duo simul corpora uno tãtũ loco circũscribi nõ posse

Paulus

Sed hic natura succũbit. Paulus apostolus cuius singula uerba / ne dixeri sẽsus supra hoiem sũt: resurrectionẽ futurã i iisdẽ cor poribus ad Philippẽses scribit secũdũ eam opationẽ dei: qua põt ẽt subiicere sibi oĩa.

Gregorius

Et Gregorius põtifex / idemq; singularis ec clesiæ doctor: Sãctorũ corpora iqt eiusdẽ materiæ erũt: sed alterius glorię: Illa quoq;

Paulus

ex ipso Paulo ẽ pręclarę ueritatis sentẽtia. Seminat in ifirmitate: surget in uirtute. Se minat corpus aiale: surget spũale: non itel ligẽs mutandã esse naturã: sed spũalẽ illis supaddi uirtutẽ. Non sunt ista naturæ: sed gloriæ: nõ mortalitatis: sed uirtutis: nõ ui tę pręsẽtis: sed futurę: ut corpora ista scõrũ suis itegra membris solida: pulpas ossaq; retinentia fũgantur his quattuor quas di

Petri ũbra

ximus dotibus. An Petrum putas sua um

Corpus dni

bra egrotos curasse? An christi corpus: qa

humanum esset & naturale / sicco uestigio ambulasse per undas? Trāsfiguratū plus q̄ solē splenduisse: Foribus obsignatis ad apostolos penetrasse: & postremo actis humanis petiisse sublimia? Diuinū quippe in his omibus aut gloriosū quiddā emicuit. SER. Pauca hæc oēs difficultates soluunt / quas mente cōceperā. Non intercipiamus pluribus oro nostras paradisi delicias. MA. Quoniā igit̄ sic placet: ꝑcurramus fęlicitatē illā: quę ex quinq; exterioribus sensibus capit̄: atq; ab oculis īcipiamus: ī quibus tam multiplex ea erit: q̄ uarius est pulcherrimus omniū uisibiliū rerū aspectus: q̄ multa: q̄ diuersa cęlestiū locorū spectacula sūt. Sed quis satis poterit / nisi diuini eloquii uiribus cæli pulchritudinē tātis ornatam astrorū luminibus referre? Quis lunę: Solis: orbiūq; reliquorū situs atq; naturā? Quis sublimē illum empyrei cæli cādorē? qua quidē figura sit? quibus splēdoribus emicet? quæ prata in eo sint uariis florum uestita coloribus: quę spatia immēsa: quę diuerticula amoena: quæ pomoeria: quæ theatra. quæ fora: quæ regiæ? Atq; illa oīa quibus gēmis: q̄q; pretiosissimis margari

Sensus uidēdi

tis distincta sint? q̃ fuluo auro: argentoq; optimo exornata? Quis poterit in q̃ referre q̃ multis aliis beatorum uisio speciosissimis excitet̃ illecebris? Sũma sunt hæc in finita: sem piterna: diuina: de quibus cũ loq mur: quid aliud assequimur: q̃ q hæc infima cũ supremis cõparamus. Illud etiam ut possumus meditemur: quãta quidẽ cũ uoluptate ex aperto cælo/ & sereno illo stellarum loco inferiora ista beati pspiciẽt/ sensibiliaq; elemẽta: ex confusis crassioribusq; pura & liqda admirabunt̃. Vel illos etiam descendẽtes ut uideãt/ q̃ sordidis locellis duxerunt uitã sãctissimã. Vbi suas calamitates: supplicia: & neces ptulerũt. Vbi ossa sacriq; cineres iacuerũt: atq; huiusmodi reliqua: quorũ uidẽdorũ incredibilis quædã cupiditas etiã mortales nos solet iflãmare. Videbũt. n. ubi quotiẽsq; uoluerint: nõ modo uniuersa/ quæ tũc erũt: uerũ etiã/ ut quidã putãt/ oĩa generabilia & corruptibilia: quæ cessante cęli motu iã esse desierũt. Asserẽtes hi duplicẽ uidẽdi rationẽ & modum eos habituros: uel p receptas species ex creatura uisibili: quę tũc erit: uel p simulacra quædã eorũ/ quæ iam fuerũt: nęc am

Vidẽdi modus i beatis

plius sũt: diuinitus se oculis iferẽtia: quas influxas species nominant. Atq; alii admi rabilẽ adeo i his uidẽdi sensũ fieri cẽsent: ut anteriora simul/ & quę a tergo sint: quę ultra/ citraq;/ supra etiã/ & subter/ & ea qdẽ tam eminus/ q̃ cõminus uno ituitu cernãt. Et hęc quidã uel i deo rerũ omnium causa atq; pricipio: uel p influxas (ut diximus) species aiũt fieri posse/ atq; futura. Sed qd putas beatitudinis erit/ uidere christũ deũ hominis cõditorẽ: & intuitu nescio quo in effabili dei hõisq; in illo utranq; naturam? Corpus illud diuinitatis theatrum tenere/ atq; cõplecti: quod ideo ẽ crucifixũ: ut nos ad gaudia ista tanta pueheret? Quid de te dicã ipsius imortalis dei & saluatoris no stri alma parẽs: quæ sup oẽs sanctos: & an gelorũ ordines tantũ gloria emines: q̃tum iter matutinas nebulas lucifer/ & serotinas hesperus. An nõ sola oculos oĩum beatos efficeres? An ubicũq; esses: ibi cælum non esset? Quid de turba illa magna sanctorũ quã dinumerare queat nemo ex oibus gẽ tibus: & tribubus: & populis: & linguis? Vbi nescias ne magis deũ in illis admire re: an illos in deo! Taceo quo plausu: qua

En Videre chri stũ

Dei genitri cem

Sãctorum multitudi nem

Gusta & exulta

immensa lætitia parentes ipsos: filios: fratres: nepotes: necessarios: carosq; nostros uisuri simus. Tantę rei uerba deficiunt. Satius id tuę tacitæ cogitationi relinquo. Saporibus uero q̃ suauibus: q̃q; multiplicibus sắctorũ gustus pfundi crediderimus? Nemo diffidat sensũ istum ppria opatiõe atq; optimo suo bono uacuũ iri cũ scriptũ sit. Beati q uocati sũt ad cęnã nuptiarum agni. Itẽq; beati qui esuritis quoniam saturabimini. Et rursũ. Amẽ dico uobis: Faciet pater familias seruos suos discũbere: & pręcinget se: & trãsiẽs ministrabit illis. Hic uero tu cogita q̃ exqsitas epulas: q̃ lautas: q̃ opiparas apponet pater iste familias. An putas huius temporis dapes & cõdimẽta: Vitulum saginatũ: Capreã: leporẽ: anserẽ: anatẽ: turturẽ: turdũ: ficedulã? An pretiosa illa genera pisciũ: murenã: rũbũ: accipẽserẽ: mulũ: lupũ ĩter duos põtes Tiberis captũ: trotã: carpionẽq; benaci lacus? An pulmẽta suauissima: sorbiciũculas: & mella cãnatũ miris cõfecta modis? An famosa illa uina phalernũ: maluaticũ: mulsũ? An qcq̃d oĩo excogitauit gulæ libido: & pdiga rerũ Luxuries puo nũq̃ cõtẽta paratu: Et q̃sitorũ terra pelagoq; ciborũ Ambitiosa fames: &

lautę gloria mēsę. An quod solent poetę canere: Nectar & ābrosiā, latices epulasq; deorū: Lōge absit ab hac hęresi nostra cogitatio, cōtestāte pręsertim Apostolo: Nō esse regnum dei escā & potū. Sine patinis atq; calicibus plena saporū erunt guttura ueneranda sanctorū. Inhærebit. n. palatis coniuncta uis quedā & continuata suauissimę sapiditatis: nō ab alimēto ipso quod tunc nullum erit, effluens: sed admirabili quadā dei ꝓuidētia genita. Porro cælestis etiā odor: qui se se sāctorū naribus diuinitus insinuabit, tātus ille erit: ut nullis uerbis enarrari queat. Cōparari ei thura mortaliū: thimiamata: muscū: cinamomum: & quicquid sudant balsama ipsa, & spirāt, ac redolent cynama: tale quippe est: quale si cęnosi gurgitis putredinē cū optimis atq; supremis cōferamus odoribus. Tangendi uero sensus, ut est ī uita multo acrior atq; uehemētior cæteris affectionibus, & titilationibus corporis: ita & ī patria erit multo delectabilior. Hic ī utroq; sexu, in mēbris singulis, secreta omni libidine, ac fęditate omnimodā sentiet uim delectationis, atq; dulcedinem: nō qualis nūc ꝑ insanam libi

Ouidius

Odora parump

Desensu tactus

dinem ex contactu alieni corporis capit:
Auriũ uo luptas
sed qualẽ nullus omnino sermo ualeat ex
plicare. Aures quoq; multo plures & po
tiores uoluptates capiẽt: q̃ etiam indicari
queãt. Nunq̃.n. desinẽt uoces illæ canorę
exultatiõis & salutis ĩ tabernaculis iusto
DAVID
rũ/ut Propheta ĩdicat: nec exultatiões dei
in faucibus eorũ. Exultabũt deo adiutori
suo: iubilabũt deo Iacob: sument psalmũ:
& dabũt tympanũ psalteriũ iucundũ cũ ci
thara Buccinabũt ĩ neomenia tuba ĩ ĩsigni
die solẽnitatis eorum. Ibi cherubin & Sera
phim. Sanctus: Sãctus. Sãctus. penni uoce
clamãtia. Ibi sonitus tubarũ multarũ ĩ apo
Apocalypsis
calypsi Laus & uirtus deo nostro in sęcula
& aleluya clangentiũ: Ibi uox illa cithare
dorũ citharizantiũ in citharis suis: & can
tantium cãticum nouũ: quod nemo dice
re potest: nisi illa centũ q̃dragita quattuor
milia: qui empti sunt de terris primitię deo
& agno: & uirgines secunt illum quocũq;
ierit. Sed tãtus hic sonus & tã suauissimus
cantus: q̃ dulcissime sãctorũ aures demul
Ex humãis suspicare diuina
ceat iã satis suspicari possumus ex harmo
nia & numeris inuẽtis humanitus. Nam si
ictus aeris & neruorũ concentus: si uocum

uarietas/ & circūflexio: si liræ: citharę: tubę cimbala: organa: oia quidē hominū inuenta & manufacta/ tam suaui sono & melli fluis modis aures implent: & sæpe ad intimum sensum penetrāt: & animorū motus concitāt atq; impellunt: quēadmodū a Timotheo musico Alexādrum in conuiuio cātu phrygio ita excitatū legimus: ut epulis relictis arma caperet: moxq; mutata musica eundem ad sodales/ epulasq; remissū. Et iussu Pythagoræ tibicinē harmonia mutata petulantiores iuuenes i domū pudicā atq; igenuā irruentes composuisse. Et si fabulis ē aliquid dandū. Orpheū lira sopisse iferos: cū inde reduceret Eurydicē cōiugē. Et Syrenas marinas musicum melos imitatas suaui pmultis extitisse naufragio: quales illas modulationes fore arbitremur: quæ non fidibus: nō ęre: non hominū aut auium spiritu fiēt: sed āgelorū/ hominūq; sanctissimorū incorruptibilibus uocibus? Age uero q̄ erit quisq; fandi dulcissimus? Quātæ iucūditatis/ nitidissimiq; cādoris fęlicissimorū labiorū ubertas illa erit: qua referent ante actæ uitæ labores: picula: studia: curas: profusas quotidie lachrymas:

Timotheus
Alexāder
Pythagoras
Orpheus
Eurydices
Syrenæ
q̄ dulcis erit sermo sanctorum

suspiria: gemitus? qua iis gratias agēt: quī bus precantibus aut cōmonētibus adiutī sunt, ut ī celum ascenderent: qua aduersus carnis illecebras: & infestissima Diaboli te la uictorias ꝓsequentur suas? Aut obstupe scēres de his loquentur: quę reperint: atq; intuebunt̄ esse multo maiora, q̄ putarant adhuc circūsepti hac mortali & densa calī gine. SERA. Deus bone qualem reliquā beatitudinem sanctorum fore arbitremur: & eam maxime: qua fęlices animi erunt: si quæ sensibus corporis capit̄: tanta amęnī tate oculos pascet: fragrātia nares: suauita te gustū: lenitudine tactū: sono & harmo nia auditū? MA. Ita sane esse, nulli dubiū est: ut animorū fęlicitas corporū fęlicitatē q̄maxime excellat: atq; illud etiā nobis fa tendū est: utrāq; imo alterius minimā etiā partē talem ꝓfecto tantāq; esse: ut nulla tā efflués: tā uenusta: tā sublimis: tamq; gran diloqua facūdia unq̄ extiterit etiā eorum: q̄bus uehemēs & ꝓpheticū ingeniū fuit: quę a rei magnitudine submissa nō sit atq; ꝓstrata. Quid. n. aliud est p hominē huius modi ista enarrari: q̄ si uelimus Solonis sententias, & delphica oracula infantulo

aptare: imo ut uerius dicam quadrupedi?
Quod cũ ita sit: hic iã cõplicatis uelis por
tũ puppis nostra recipiat: & anchora iacta
firmet. Addãtq; nobis pauca ista quæ di
ximus: imensũ calcar ad ea pringẽda: de q̃
bus ẽt utrũq; dixerimus: fuit iucũdissimus
sermo: ardeamusq; iis gaudiis ĩteresse: qui
bus cor & caro nostra exultet ppetuis sęcu
lis deo optimo nostro: ubi lętemur: ut scri
ptũ est: sicut qui lætant̃ in messe: sicut exul
tant uictores capta præda. Quod ut asseq̃
certe possimus: nobis faue Iesu christe rex
sanctorũ: & princeps illius regni. Tuq; uir
ginum splendor: & humane spei Mater.

MATTHAEI
BOSSI VERONENSIS
CANONICI REGVLARIS
VERA
ET
SALVTARIA ANIMI
GAVDIA
FINIVNT

T IMotheus Veronensis Matthęo Cōcanonico Reg. & Cōpatriotę uenerando, & suauissi mo. Sal. i dnō plu. Quę mihi dicasti tua uera & salutaria aī gaudia M. dudū fili carissi me: iam uero summis tuis uirtutibus & sapientia pater: ea nimirum q̃ præclara & pretiosa mihi extiterint: nullis plane uerbis assequi possum. Vincit illa uoluptas: quam maximam cepi, ea cum ꝓrinus legi: & quæ augeт̃ semp cum relego (testis est mihi ueritas ipsa) existimationem omēm & fidē. Vnde pie & maxime Deus inuētio ipsa tā digna: tamq̧ blāde lectorem alliciens? Vnde & illa tātarum rerum ubertas atq̧ uarietas? Vnde tandem perpetua sermonis & arguta & candida dignitas, ipsum etiam sententiarum pondus cum eloquentia quaq̧ coniunctū: nisi singulari ab ingenio ac bonis artibus culto: nisi de secreto & abdito quodā diuinorum gustu: conscientiæ animiq̧ nitore? Visus ē mihi īsedisse tibi ori: & p te affatus omnium doctor & artifex, sacer spiritus dei: ubi p illam uel maxime: quæ iam triumphat penni gloria: cælestem Hierusalē lætus īcedis ac ꝑuagaris, athletarum & ciuium dei gaudia sempiterna plu

ſtrans/futurus & tu. M. diuino munere: ut
quod auguror/cum illis aliquãdo beatus/
ſi modo qcqd ſapis & potes: ut te effeciſ
ſe mihi ſemp̃ perſuaſi: in eum retuleris pa
trem luminum: qui nos erudit omnes ad
agnitionem atq; iuſtitiam. Accepi & pau
lo ante libellum de pferẽdis aduerſis: quẽ
ad Iohãnem philippum fratrem & elegan
ter & christiane ſcripſiſti: In quo mihi uiſũ
eſt/non te equidem legere: ſed concionan
tem audire ea ſuauitate atq; uehementia:
qua ſoles ad populum loq̃: quẽ licet pro
tua prudẽtia ad fratrem dederis: ſimul exi
ſtimo/& mei ſolandi cauſa abs te fuiſſe cõ
poſitum: quem ita complector & ſeruo: ut
nulla uideat̃ res mihi peculiarior eſſe atq;
iucũdior. Quã obrem q̃tum ſane poſſum
te hortor in domino: ut ab ſtudiis liberaliſ
ſimis his atq; ſanctiſſimis: ad quæ uidet̃ te
ipſa benigna genuiſſe natura: nulla omnĩo
cã deſiſtas: niſi te quatenus auocat pietas:
cultus: cerimoniaq; diuina: quo multis p̱
ſis/tũ cõmunem parentem exornes meritis
ac laudibus tuis. Vale

.IMPRESSIT.
FLORENTIAE
Ser Franciſcus Bonaccur
ſius. Anno Salutis
M.CCCC.
.LXXXXI.
Sexto Idus
FEBRVARII.



REGISTRVM

a
Primũ uacat
Angelus
Matthęi
nihil
b
animum
aliena
deamus
genere
c
nobis
ſo ex rapinis
nem oĩbus
illud ideo
d
formidabit
nores atq;
lo rei
miniam

e
ut peſſima
mum
rubore
gorum
f
magis
templari
non
cõtinẽtius
g
dicendo
rentes
minimãq;
nas
h
uiri
dines
ſit quo
tor ſiue

i
corporibus
leonis
ad corpora
ſeptuagitaq;
k
corporalem
pendente
tio &
heus tu
l
ret infernĩ
& æquatis
humanum
plius ſunt
lautæ

